¶ Sunt autē oia talia de iustū esse et prauū: aut nō iustuz litigatio: in electione enī est nequitia et iniustū facere. Talia autē noīum cōsignificāt electionē. puta fecisse iniuriā et furtū. Nō enī si percussit penitus iniuriatus est. sed si grā huiusmodi puta eius quōd est inhonorare illū: aut vt ipse delectaretur. Neqz penitus si clam accepit fura-

tus. sed si nocumentum eius: a quo accepit: et appropriationē sui. Similiter autē et de alijs se habet sicut et de alijs.

¶ Declarat quid ipoteſt noie iusti vel iniusti. Et duo facit: qz p̄ facit quōd dictū est. Sc̄do descendit sp̄alr ad quādā spēs iustitiz: q̄ dicit̄ epicheia. Sc̄da ibi. (Quā aut iustoz.) Dicit ergo: q̄ oia talia sūt qdā litigatio dē iustū et prauū: aut de si eē iustū neqz prauū. Et qz in electiōe est nequitia: et oē iniustū facere: ideo nominū: puta fecisse iniuriā: fecisse furtuz cōsignificant electionē. ideo addit: q̄ si percussit: ppter hoc nō penitus possumus arguere: q̄ est iniuriatus: sed si hoc fecit grā huiusmodi: puta qz volebat illum inhonorare: aut ipse percussit percussit: vt ipse delectaret: neqz si clā accepit sequit̄ q̄ sit furatus: sed furatus est: si hoc fecit intendens nocumentū eius: a quo accepit: et appropriationē sui: vt qz intendebat rem acceptā sibi appropriare. Et de alijs se bz similit̄ sicut de alijs: qz fm̄ q̄ sunt aliḡ et aliḡ iniurię requirēdę sunt ibi aliḡ et aliḡ conditiones.



¶ Quā autē et iustoz et iniustoz extāt due species: hec quōdē scriptas: hec autē nō scriptas: de quibus quidēdem leges promulgant decretū est.

¶ In parte ista determinat p̄s de quādam specie iniustitiz: q̄ dicit̄ epicheia. Et tria facit: qz p̄mo distinguit iusta et iniusta fm̄ q̄ sunt scriptas: et non scriptas. Sc̄do subdit alterū mēbzū: et subdit non scriptas: vt ostendat quid est epicheia quōd videt̄ esse iustū p̄ter scriptā legē. Tertio inuestigat quōd cōtingit epicheia. Sc̄da ibi. (Nō scriptoz aut.) Tertia ibi. (Accidit autē.) Dicit ergo p̄mo q̄ iustoz et iniustoz due sūt spēs: qz que dā iusta sunt scriptas: que dā nō scriptas. Scripta autē sūt de quibus leges promulgant: vt dictum est. restat autē distinguere non scriptas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō scriptoz autē due sunt spēs. hec autem sūt quidē fm̄ excessum virtutis et malitiz: in quibus opprobria et laudes: inhonoratiōes et honores: et dona. puta gratiā habere ei: qui fecit bene et contra benefacere ei: qui bene fecit et auxiliatiuum esse amicis: et quecūqz alia talia. Hec autē proprie legis et scripture pretermisso sunt. Quod enim epiches videt iustuz esse q̄ preter scriptam legem iustum.

¶ Distinguit iusta non scripta. ¶ Ad cuius euidētā notādum: q̄ iustū nō scriptū dupl̄r pot̄ esse. p̄mo si sit adeo manifestū: q̄ cuilibet sit notū: et circa talia peccare ē excedere in iustitia. Sc̄do hoc pot̄ contingere: qz huiusmodi iustum habz locū solū in aliquo particulari tm̄: ita q̄ vt in pluribz p̄trariū est iustū: et tale iustū nō scriptū est epicheia. vnde epiches est directio scripti legalis: qz nō obseruant legem vbi nō est obseruanda. hoc est ergo q̄ ait: q̄ nō scriptoz due sunt spēs. hec autē sunt iusta vel iniusta non scripta: qz sunt valde manifesta: ideo sunt hec: que sunt fm̄ excessus virtutis et malitiz: et fm̄ talia hoīes merent̄ opprobria: et laudes et honoratiōes: siue honores et dona. Et pot̄ exemplū. puta grā h̄re. id est gratiosum esse oī: qui benefecit: et eōtra: siue eōtra se benefacere ei: qui benefecit et auxiliatiuum est amicis: et quecūqz alia talia nō scripta sunt: qz sunt valde manifesta: et circa ea peccare ē excedere in malitia. h̄ autē. id est alia a predictis sunt iniusta nō scripta: qz sunt pretermisso legis scriptę: et legis p̄p̄e: quōd scriptū epiches est iustū preter legem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Egi. sup̄ R. beto. Aristo.

CAccidit autem hoc quidem nolentibus: hoc autem volentibus legislatoribus. Nolentibus quidem cum lateat: volentibus quidem cum non possit determinasse. Sed necessarium quidem videtur dicere non sic autem, sed ut in pluribus. Et quicquid non facile determinare propter infinitatem, puta vulnerare ferro quanto et quali quodam deficiet enim secundum dinumerantes. Si igitur sit indeterminatum: oportet autem legem statuere necesse simpliciter dicere.

CInvestigat quo epicheia convenit esse. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo concludit epicheiam accideri ex pretermissione legis ponens quoddam exemplum faciens ad propositum. Secunda ibi. (Quare si digitale.) Dicit autem: quod accidit autem hoc, id est epicheia dupliciter: aut hoc accidit nolentibus legibus, hoc autem volentibus: et exponit se dicens: epicheiam accideri nolentibus cum lateat legislatores ille particularis casus: in quo lex non est observanda: volentibus autem accidit: propter infinitatem particularium casuum non possit omnia determinare: et ideo necessarium legem dicere vtiliter: quod non sit universalis: sed ut in pluribus, ideo universalem concludere: quod quicquid non est facile determinare propter infinitatem: puta cum quanto ferro quis vulneraverit vel cum quali quodam: et omnes particulares circumstantias deficiet secundum dinumerantes: quia talia dinumerari non possunt, ideo si sit indeterminatum quantum ad casus particulares: in quibus lex fallit: sed oportet legem statuere: necesse est legem dicere simpliciter: et vtiliter quod non universalem. Deinde cum dicit.

Quia si digitale habens attollant manus: aut percutiat secundum quod scriptas legem reus est: et iniustum facit. Secundum veritatem autem non iniustus facit, et hoc est epicheia. Ad manifestum qualia sunt epicheia hec, scilicet peccata et iniustitias: et non equipensare neque peccata et infortunia.

CConcludit vel ostendit ponendo exemplum: quod aliquando facere propter legem est iustum. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo per epicheiam quod videtur premissio legis, ostendit quo iudicantes alios se debent habere ad legem. Secunda ibi. (Si autem est quod dictum est.) Dicit ergo: quod si lex preciperet quod nullum habens digitale, id est anullum elevat manus vel percutiat: tunc si habens digitale attollat, id est eleuet manus: ut percutiat secundum scriptam legem reus est: et iniustus facit: cum in aliquo casu secundum veritatem non facit iniustum. Et hoc est epicheia non observare legem ubi non est observanda. Deinde cum dicit.

Sunt autem infortunia quidem quicquid inopinata et non a nequitia. Peccata autem quicquid non inopinata: et non a nequitia. Iniustitie autem quicquid non inopinata: a malitia autem sunt.

COstendit quo se debent habere iudices in iudicando secundum leges. Et duo facit: quia primo ostendit fore facta esse diversimode puniendae. Secundo manifestat quod iudicantes debent esse magis prout ad indulgendum quam ad puniendum. Secunda ibi. (Et humanis indulgere.) Dicit primo: quod si est epicheia ut dictum est, manifestum est qualia sunt epicheia: et qualiter se debet bene qui leges debet dirigere: quoniam non debet equipensare, id est equaliter ponderare iniustitias et peccata: quia peius est iniustificare quam peccare: non etiam debet equipensare peccata: et infortunia: quia peccata sunt peiora infortunis, nam idem factum potest esse infortunium et peccatum et iniustum: sed in-

fortunium est: si contingat ignoranter eum malefacere: peccatum vero est: si videat inordinationem: et cognoscat ipsum actum: ignoret tamen et nollit malitiam eius: ut si non agat ex nequitia: nec ex intentione nocendi: vel potest esse peccatum ubi non est culpa: sed quod accidit in natura quando generantur monstra: ut apparet in seculo physicorum. Et tunc est iniustitia et culpa: quoniam quis ex nequitia male agit. ideo subdit: quod infortunia sunt quicquid sunt inopinata non a nequitia. Peccata autem quicquid non sunt inopinata: sunt tamen non a nequitia: iniustitia autem quicquid non sunt inopinata: sunt tamen a malitia. Deinde cum dicit.

Et humanis debet indulgere epicheia: et non ad legem: sed ad legislationem respicere: et non ad verba: sed ad intellectum legislatoris respicere.

COndit quod propter humanam fragilitatem spectat ad epicheia magis declinare ad indulgentiam quam ad punitionem: et tria facit: quia primo ostendit quod iustificans comparat ad legislatorem. Secundo vero putat habere ordinem ad actionem inordinatam. Tertio putat habere ordinem ad suspensionem penae. Secunda ibi. (Et non ad actionem.) Tertia ibi. (Et patientem esse iniusta.) Dicit ergo primo: quod epicheia debet indulgere humanis, nam cum homo habeat naturam transmutabilem: ipsa natura humana meretur aliqualem excusationem: si contingat eum peccare. tangit autem duo per comparationem ad legislatorem: quare humanis sit indulgentius, pro quod epicheia non debet respicere solum ad legem: sed ad legislationem: vel ad legislatorem: ut habet alia scriptura: debet enim considerare: quod si legislator adesset: misericorditer ageret cum peccante. Secundo non debet respicere ad verba: sed ad intellectum legislatoris, nam licet forte hoc fecerit contra verba legis: non tamen fecit contra intentionem. Deinde cum dicit.

Et non ad actionem: sed ad electionem: et non ad partem: sed ad totum: neque qualis quidem nunc: sed qualis quidem semper: et ut ad multum: et recordari magis bonorum: que passus fuit quam malorum: et bonorum que passus fuit magis quam que fecit.

COstendit quo sit indulgendum humanis: ex eo quod iniustificans habet ordinem ad actum. Et tangit quattuor primo quod non debet respicere ad actionem: sed ad electionem, nam si fecit ea: que sunt de genere malorum, habet forte bonam intentionem. Secundo non debet respicere ad partem: ut quod in aliquo particulari casu male facit: sed ad totum: quia in multis se habent. Tertio non debet considerare qualis quidem nunc est secundum qualis quidem semper: et ut ad multum: quia forte toto tempore vite sue bene vixit: licet nunc contingeret male fecisse. Quarto debet recordari magis bonorum: que passus est, id est que recepit ab eo quam mali: quod nunc fecit. Deinde cum dicit.

Et patientem iniusta esse patientem: et magis secundum omne velle iudicari quam opere: et magis ad arbitrium quam ad disceptationem velle ire. Arbitrius eius respicit epicheia. iudex autem legem et huius gratia arbitrius exaltatus est: quatenus epicheia habeat robur. De epicheia quidem igitur determinatum sit hoc modo.

CDeclarat quo indulgendum sit humanis: ex eo quod iniustificans habet ordinem ad punitionem. Et tria tangit, nam primo debet videre iudex si patientem iniusta, id est si sustinentem mala propter iniustitiam cōstringat esse patientem: ita quod si ne murmure sustineat penam suam vindictam: quia quanto quis est patientior: tanto magis meretur veniam. Secundo debet respicere: si contingat iniustificantem velle magis corrigi opere quam sermone: quia forte solum sermones: vel sole increpationes

iones sufficiunt ad corrigendū. Tertio debz videre si in iustificans magis velle ire ad arbitrium iudicantis q̄ ad disceptationē: qz quanto quis se magis ponit in arbitriuz iudicis: tanto magis meref veniā. ideo addit q̄ arbiter: si ue arbitrium respicit ad epicheos. iudex aut ad legem. Nā arbiter huius gratia exaltatus est. quatenus epicheos beat robur. nam ideo datum est arbitriuz principibus: vt sint epicheos: z non obseruent legem: vbi non est obseruanda: qz epicheos est habere arbitriū quanto magis: qui se ponit in arbitrio eius: tanto magis ei debz indulgere. Ultimo epilogat de epicheos determinatum sit hoc modo.



Iusticie autem est maiores que cumqz vtiqz a maiori sunt iniusta actione: ppter quod q̄ est minima maxima

(Postqz p̄s determinauit de iusto z in iusto. hic determinat de annexis. Annexa autem sunt duo. scz magis z minus possibile z impossibile: sed de possibili z impossibili: p̄m q̄ spectat ad p̄s negociū determinatū fuit in illo capto. (Quatr aut b̄ntes.) vbi ostensum fuit qualiter inducūt homines eis esse possibile iniustū agere: z qualr non. De possibili vero z impossibili cōmuniter vt spectat ad omne negocium dicitur in sc̄do huius. restat aut solū dicere de maiori z minori. In determinādo aut de maiori z minori quattuor facit p̄s qz p̄mo docet cognoscere maioritātē iniustitię ex maiori tate habitā: a quo procedit. Sc̄do ex magnitudine damni: q̄ infert. Tertio ex conditionibus iniustificātis. Quarto docet hoc ex his: que vident competere iniustitię s̄z se. Sc̄da p̄sibi. (Et cuius non est equa punitio.) Tertia ibi. (Et q̄ solus.) Quarta ibi. (Et bestialior iniustitia.) Lira p̄mū tria facit: qz p̄mo ponit cōsiderationē ipsaz. Secundo manifestat qd̄ dixerat per exemplū ostendens esse contrarium de iustitia z iniustitia. Tertio manifestat vñ sumit originem talis cōsideratio. Sc̄da ibi. (Utputa menalipum.) Tertia ibi. (Sunt hec autez excedere.) Dicit ergo: q̄ est. idest conuenit q̄ iniustitię sunt maiores que cuiqz fuerūt iniusta actione. idest iniuste facta maiori habitū: ppter quod que sunt minima: si videantur procedere a magno habitū: dicuntur maxima. (Deinde cū dicit.

Utputa menalipum Callistratus accusat q̄ defraudauit factores templi in tribus medijs obolis sacri edificatores templi. In habitu autem iustitie contrarium.

Manifestat qd̄ dixerat per exemplū dicens: q̄ Callistratus accusat Menalipū: qd̄ defraudauit factores templi in tribus medijs obolis: z ad granandū faciū addebat q̄ illi peccatores templi: qui fuerunt defraudati: erant edificatores tēpli nō cuiuslibz: sed templi sacri: in quo apparebat magna iniustitia. sed de habita iniustitię est contrariū: qz qui est iustus in multo signū est: q̄ sit iustus i modico: nō autē sunt ecōuerso: quare autē in vita spūali: de qua determināt theologi valeat argumentū: q̄ qui in modico fidelis est in multo fidelis erit: cum hoc nō teneat in vita politica: nō est presentis speculationis. (Deinde cū dicit.

Sunt autem z hec excedere potentia. Qui eniz tres medios obolos furatus fuit: z vtiqz qd̄qz iniustum faceret: aliqui qd̄ itaqz ita ma fortias: aliqui aut ex nocumento iudicatur.

Ostendit vnde sumit originem talis cōsideratio: q̄ hec sunt excedere potentia. idest excedere p̄m habitum. nam omnis habitus: z omnis scientia quecūqz potentia dici pot

Uidentur enim talia pcedere a magnitudine habitus: qz qui medios obolos furatus fuit: ita videt esse habitatus in iniustitia: q̄ qd̄cūqz iniustū faceret. Addit at q̄ aliquādo quidē maiortas iniustitię iudicat ira. idest ex magnitudine habitus: vt q̄ a maiori habitu mai⁹: aliquādo aut ex nocumento: vt q̄ magis nocet: magis iniustus. In hoc autē continuat se ad sequentes cōsiderationes: vbi ostenditur maiortas iniustitię ex magnitudine nocumenti.

(Deinde cum dicit.

Et cuius nō est equa punitio: sed omnis minor. Et cuius non est recompensatio: difficile eniz z impossibile. Et cuius nō est satisfactio: nem recipere eum: qui passus fuit: insanabile enim satisfactio: z cruciatus recompensatio. Et si q̄s passus z iniuriatus fuit: ipse a seipso plurimum extorsit. Adhuc eniz maiori: q̄ fecit dign⁹ torqueri velut Sophocles p̄ Enchatimone allegans: qm̄ peremit seipsum iniuriam passus non apreciandum: aut minori q̄ quo qui passus fuit apreciavit seipsum.

Docet cognoscere magnitudinē iniustitię ex magnitudine nocumenti: siue damni: z quattuor facit: p̄m q̄ quattuor cōsiderationes ponit. Sc̄da ibi. (Et cuius non est recompensatio.) Tertia ibi. (Et cuius non est satisfactio.) Quarta ibi. (Et si q̄s passus.) Prima talis. Quia illa est magna iniustitia. cuius non est equa punitio: sed ois minor: vtputa offendere regem vel personam publicaz: cuius offensa non possit recompensari: qualitercūqz puniretur offendens. Sc̄da talis. Illa est magna iniustitia: cuius non est recōpensatio: vt qz difficile: vel etiaz impossibile est fieri recōpensationem. vtputa si quis occiderit filiū alterius: vel destrueret sibi rem aliquā q̄ difficile: vel etiaz impossibile esse eaz inuenire. Tertia talis. Illa est magna iniustitia: cuius non est. idest non conuenit eū: qui passus est recipere satisfactionem: vtputa quia mortuus est. cum aut quasi talis iniuria est magna: qz est quid insanabile: vel incurabile quid: homo eniz semper iniurians plus z iniurians minus: z fit satisfactio: quia accipitur ab iniuriantē: z datur passio iniuriā. Si ergo passus nō potest recōpensationē recipere: quia forte est exterminatus: vñ detur iniuria incurabilis. ideo addit q̄ satisfactio est per cruciatū: z per recōpensationē: qm̄ satisfactio mortu⁹ recipere non potest. Quarta talis. Illa est magna iniuria: si ille qui passus est eam iniuriatus fuit ipse a seipso: z seipsum plurimum torsit: z afflixit p̄m q̄ pluries conuenit: q̄ homines passū iniuriam seipso cruciant. imo aliqui non desiderantes vltius viuere seipso interimunt: propter qd̄ apparet fuisse magnam iniuriā: ppter qd̄ qui eaz fecit est dignus torqueri magna pena. Adhuc autem esset dignus torqueri maiori: si fecit hoc sine causa: vt videtur sonare littera arabica. Exemplificat autem q̄ Sophocles pro Enchatimone allegans: quomiaz peremit seipsum iniuriam passus ait: seu dixit: q̄ illam iniuriam nō est apreciandum: quia ex quo non fuit ei cbarus viuere post iniuriam: tantum est aprecianda iniuria: quantum ille habuit cbaram vitam. (Deinde cum dicit.

Et q̄ solus aut primus: aut euz paucis fecit z sepe in eodem peccare magnū: z propter quodqz exquiruntur z inueniuntur p̄bētia z damnificantia velut in Argo damnificat p̄

pter quęcunq; lex posita fuerit: et ppter quof-
cunq; carcer edificatus fuerit.

¶ Ponit considerationes ad cognoscendū magnitudines
injustitię ex parte iniustificatis. Et qnq; facit fm q; qnq;
cōsideratiōes ponit. Scđa ibi. (Et sepe in eodē.) Tertia
ibi. (Et ppter quęcūq;.) Quarta ibi. (Et ppter quęcūq;.)
Quinta ibi. (Et ppter quoscūq;.) ¶ Prima talis. Quia il-
la iniustitia ē magna: quā quis fecit solus: aut p̄mus: aut
cum paucis: videt̄ enī non esse: ita magna iniustitia: quā
multi fm eā peccant auget̄. n. ex hoc iniustitia quādo ali-
quis p̄mus eaz fecit: q; dat exemplū aly male faciēdi.
¶ Scđa talis. Et sepe in eodē peccare est magnū: aggra-
uat̄ enī eius culpa ex frequentatiōe actus. ¶ Tertia talis.
Ille multū iniustificat: ppter quem exquirunt̄ et inuentū
tur p̄hibitia et damnicantia: sicut contingit q; propter
magnitudinē sceleris alicuius inuenit̄ nouum genus tor-
mentandi et damnicandi: sicut illi qui sunt in Argo. Id est
in illa regione damnicant: q; inueniunt̄ novos modos
damnicandi cū aliquis scelerate peccet. ¶ Quarta talis
Quia ille multū iniustificat: ppter quē fuit lex posita: q;
hoc nō pōt contingere: nisi ille nouo mō: aut p̄mo iniusti-
ficauerit. ¶ Quinta talis. Illi multū iniustificat: ppter
quos fuerit carcer edificatus: q; etiam eodē sumit robur
q; hō nō eēt: nisi ille nouo mō iniustificauerit. ¶ De i. c. d.

¶ Et bestialior iniustitia maior: et q; ex p̄uiden-
tia: et q; audientes magis timent q; misereant: et
rhetorica quidē sunt talia. Et q; multa sustu-
lit iusta: aut transgressus fuit: puta iuramenta
dexteras: fides: conubia: multarum enim iusti-
tiarum excessus. Et q; hic vbi puniuntur iniusta
facientes: quod quidē faciūt falsi testes. Vbi-
cunq; enim non vtiq; iustum facerent: si et in
pretorio. Et in quibus cōfussio maxime. Et si
in hoc a quo bene passus fuit: plura enim iniu-
sta facit: et qđ male facit: et qđ non bene.

¶ Docet cognoscere maiores iniustitias ex his: quę com-
petunt iustitię fm se: et ex cōstantiis eius. Et duo facit:
quia primo facit qđ dictum est. Scđo ponit quādā consi-
derationē: fm quā possumus arguere a p̄trario sensu. Se-
cunda ibi. (Et quę circa nō scripta.) Circa primus ponit
septem cōsiderationes. Scđa ibi. (Et q; ex p̄uidencia.)
Tertia ibi. (Et q; audientes.) Quarta ibi. (Et q; multa
sustulit.) Quinta ibi. (Et q; hic vbi.) Sexta ibi. (Et in q;
bus confusio.) Septima ibi. (Et si nunc.) ¶ Prima ta-
lis. Illa est maior iniustitia: quę est bestialior: quia magis
inordinata. ¶ Scđa talis. Illa est maior iniustitia quę p-
cedit magis ex p̄uidētia: et fm electionē: videt̄ enī esse
de rōne iniustificantis: q; agat voluntarie. ¶ Tertia ta-
lis. Illud est maxime iniustū: qđ audientes magis timēt
et abhorrent: q; misereantur: quod non potest contingere:
nisi sit magnitudo sceleris. Addit̄ autem q; talia sunt rhe-
torica. nam posset contingere: q; ppter nouitatē facti mi-
nus scelus magis esset in horrore. ¶ Quarta talis. Ille q;
sustulit. id est remouit multa iusta: et transgressus fuit mul-
ta magis iniustificat: puta qui fregit iuramenta dexteras
fides: conubia magis peccat. Vult enim per omnia des-
gnare diuersa genera credulitatum et pactonum. reddit
enim causam dicti: quia in talib⁹ ē magnitudo sceleris: q;
est excessus multarū iniustitiarum. ¶ Quinta talis. Illa
est magna iniustitia quando homines facientes iniusta
hic. id est in loco hic: vt in curia p̄ncipio: vbi facientes in

iusta puniuntur: qđ faciunt falsi testes: quia si qui in p̄-
torio non faciunt iustum. signum est q; faciunt vbiq; q;
id est in omni loco non facerent iustum. ¶ Sexta talis.
Illa sunt maxime iniusta: in quibus est maxima confusio
nam confusio debetur solum turpi et prauo. ¶ Septima
talis. Ille multum iniustificat: qui iniusta facit in bunc
a quo bene passus ē. id est a quo bona suscepit. Et est ratio
quia ille plura iniusta facit: quia primo facit male. scđo
quia non facit bene: teneretur enim bene facere benefa-
ctori suo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et q; circa non scripta iusta: siue maius est.
Abelioris enim non per necessitatem iustum
esse. Scripta quidem igitur ex necessitate: non
scripta aut non.

¶ Ponit cōsiderationes: fm quā possumus arguere ex cō-
trario. Et duo facit: q; primo ponit considerationē ipsaz.
Scđo ponit contraria eius. Scđa ibi. (Alio aut modo.)
Dicit ergo q; ille multum iniustificat: qui peccat circa iu-
sta non scripta. Et dat rationē dicit: quia melioris moris
est esse iustum non per necessitatē: obseruare autem scri-
pta videtur ex necessitate esse: non scripta autē obseruare
videtur non necessarium. Si ergo melius est iustum fm
non scripta: quia magis liberum eius maioris bono maius
malum opponatur iniustificare circa talia: vt circa iusta
non scripta videtur peius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alio aut modo si circa scripta: qui enim in ti-
midis iniusta facit: et in his in quibus damna
posita: et in his in quibus nō damna posita: in-
iusta faceret vtiq;. De iniustitia quidē igitur
in maiori et in minori dictum est.

¶ Ponit cōsiderationē contrariā dicens: q; alio modo siue
fm aliam viam videtur esse magis iniustū peccare circa
scripta: et nō obseruare leges statutas. Et dat causas: quia
facit iniusta in rebus timendis: et iniustificat in his: in quib⁹
bus ppter scripta et leges statutas sunt dāna posita: signū
est q; iniustificaret in his: in quibus non sūt dāna posita.
Ultimo epilogat quod dictū de iustitia maiori et minori.



¶ Vocatis autem in artificialibus
persuasionibus habitus est dictis
transcurrere. Et proprie sunt hec
iudicialium. Sunt autem quinq;
numero: leges: testes: pacta: iura-
menta: extorta.

¶ Postq; philosophus determinauit de persuasionibus ar-
tificialibus p̄p̄is. In parte ista: quę diuersa fuit circa tor-
tus p̄cedens: determinat de persuasionibus inartificia-
libus. Et duo facit: quia primo continuat se ad dicenda: et
enumerat huius persuasiones. Scđo exequit̄ de vna q; q;
fm se. Scđa ibi. (Primo quidem igitur.) Dicit ergo pri-
mo de persuasionibus vocatis in artificialib⁹ habitū. id est
cōsequenter est transcurrere dictis. Addit̄ autē: q; iste per-
suasiones sunt proprie iudicialium: nam si ad alia negocia
possunt adaptari: potissime tamen valent ad negociū di-
sceptatiuum. Subdit̄ autem q; huius persuasiones in ar-
tificiales sūt quinq; numero. scz leges: testes: pacta: extor-
ta. id est tormenta: et iuramēta. Quare aut tales persuasio-
nes dñr inartificiales supra ossum fuit. ¶ Deinde. c. d.
¶ Primo quidem igitur dicamus de legibus
qualiter vtendum: et exhortantem: et debortā-
tem: et accusantem: et defendentem.

¶ Exegit

CExegitur de dictis pñationibus. Et quinqz facit fm qz gñqz sūt persuasiones. Nā primo exegitur de legib⁹. Scdo de testibus ibi. (De testibus autem). Tertio de pactis ibi. (De pactis autem). Quarto de extortis: siue tormētis ibi (Extorta aut). Quinto de iuramētis ibi. (De iuramētis aut). In determinādo de legibus duo facit: qz dat intētio nē suam dicens: qz primo vult dicere de legibus: q̄lr vten dū sit eis q̄tū ad exhortatē r dehortatē: in quo tāgit negocium deliberatum: r accusantē r defendentem q̄tū ad iudiciale: qz potissime leges bis duobus negocijs cōsuevunt conferre. ¶ Deinde cum dicit.

CManifestum. n. qz siquidem sit scripta cōtraria negotio cōmuni lege vten dū: r epicheis tanqz iustioribus: r qz sententia optima vten tes. hoc est non semper vti scriptis.

CExequit: r duo facit: qz primo instruit nos quātr debeamus nos hñe cum negocium nostruz discordat a legibus scriptis. Scdo qualiter cōcordat. Scda ibi. (Si vero scripta sit.) ¶ Circa primuz duo facit: qz primo docet nos cōfutare legem scriptam p legē nō scriptam. Scdo docet hñ considerando ea: q̄ in sunt legi spāliter: r hñ se. Scda ibi. (Et si alicubi legi.) ¶ Circa p̄m duo facit: qz p̄mo p̄mittit hñ cautela: qz q̄n lex scripta est hñra nostro negotio: debemus nos iuvare cū lege nō scripta. Scdo adducit rōnes ad oñ dēdū p̄positū. Scda ibi. (Et qz epicheis.) Dicit ḡ: qz hñ debemus accipere p manifestos: qz q̄n lex scripta. i. ius positivum: est hñra negotio nro: est vtrēdū lege cōi. i. debem⁹ recurrere ad ius nāle: r debemus vti legib⁹ epicheis. tanqz iustioribus: r qz sic faciēdo erim⁹ vtrēs optima snia. i. optima lege. Et qz epicheis non semper observat legē: cū sit directio legis: ideo addit qz hñ. vti legib⁹ epicheis ē nō semper vti legibus scriptis. ¶ Deinde cū dicit.

CEt qz epicheis quidē semper manet: r nunqz mutatur: neqz lex. s. cōis: fm naturam eniz est. Scripte autē sepe. Unde dictum est in aurigona Sophodeli. Respōderunt. n. qz egit preter Creontis legē: sed nō p̄ter non scriptam. Non eniz nūc r heri: sed semper: legē igitur nō ego curabam hominis illius.

CProbat quod dixerat. Et quatuor facit hñ qz quatuor rōnes adducit ad oñdendū: qz leges epicheis: r leges nāles p̄valent legibus scriptis. Scda ibi. (Et qz iustus ē.) Tertia ibi. (Et qz sicut p̄bator.) Quarta ibi. (Et qz meliores hominis.) ¶ Prima rō talis: qz leges nāles: r epicheis p̄valent legibus scriptis: qz epicheis semper manet r nunqz mutatur: qz est lex fm nām. i. nālis. Leges autē scripte semper mutantur: ideo nō sunt semper observandę. Addit autē ad cōfirmationē dicti quoddā: qd̄ dcm̄ est in antigōa Sophodeli: hñ ē in illo lib. vel in illo poemate illius hoīs: ibi. n. or̄ de gbus: dā: qz voluerūt excusare quendā: qz rñderunt: qz ille egit p̄ter legē Creontis. i. p̄stituentis: siue p̄ter legē p̄stitutam: hñ nō egit p̄ter legē nō scriptā. i. p̄ter legē nāle: cui innitit epicheis: r in hoc melius fecit: qz hñ lex non est nūc r heri: sed est semper: qz nō est lex hoīs: sed nāq: iō hoc dicebat ille se excusans. ego non curabam de lege illius viri: quia volebas observare legē nāq r nō legē hoīs. ¶ Deinde rē.

CEt qz iustum est verum: quid: r conferens: sed non qz vñ: quare non lex scripta. Non. n. facit semper opus legis.

Cponit scdam rationem: qz homo dz attendere quid iustum: r quid vñ: r quid conferens fm rei veritate: nō

aut dz attendere qd̄ videt tale: r qz lex nāq semper est vera. lex autē est positivā: vt in pluribus: p̄pter qd̄ non hñ se ad modū necessarioz: r eoz que sunt semper: sed ad modū p̄babiliū: r eoz que vident talia: qz sunt p̄babilia: vt in plibus: ideo non est vituperandus: qz legem scriptaz nō semper observat: iō subdit: qz nō semper observanda est lex scripta: qz nō facit opus legis semper. ¶ Deinde cū dicit.

CEt qz sicut p̄bator argēti iudex est: quatenus discernat reprobū iustum r verum.

Cponit tertiam rōnem similitudinariam: qz iudex dz eē sicut p̄bator argenti: quatenus discernat reprobū r iustū: r vñ. Et qz hoc fit potissime per legem nālem. cui in cāu dicit lex scripta: iō talis lex nō sp̄ ē observāda. ¶ Deid.

CEt qz melioris hominis non scriptis qz scriptis r immanere.

Cadducit quartam rōnem: qz illud est melius: quod pertinet ad meliorem hominem: cū melioris hominis sit vti r immanere legibus non scriptis qz scriptis: lex nō scripta p̄valet scripto: r non semper scripta est observanda. ¶ Notandū autem: qz melior est: qui vtitur legibus nō scriptis qz scriptis quando epicheis r directio iusti legalis superat iustum fm legem. ¶ Deinde cū dicit.

CEt si alicubi lege p̄bante est contraria: aut ipsa sibi: puta aliquādo hec quidem precepit firma esse quecūqz pepigerant: hec autē vetat nō fieri pacta preter legem.

Cdocet nos quomodo debeamus defendere negociū nostrum: cum contradicit legi scripte: considerando legem scriptam magis fm rōnem specialem. Et tria facit: qz primo docet hoc put lex scripta i cāu est repugnans alij legi. Scdo put est ambigua. Tertio put deficit fm p̄p̄iū fundamentum. Scda ibi. (Et si ambigua.) Tertia ibi. (Et si negocia.) Dicit ergo qz debemus videre: si lex q̄ dicit nōstro negotio alicubi. i. in aliquo loco est hñra p̄bante: vel legi rectitudinis: vt hñ alia littera. i. legi nāli: vel legi positivae: si sit laudata r approbata: aut si hñ lex sit contraria sibi. i. si lex sit hñra alteri legi positivę: ex quo apparet: qz lex p̄ legē p̄batā magis intelligit nāle qz legē positivā. Exemplificat autē quō vna lex positivā p̄cipit firma esse q̄cūqz hoēs pepigerint. Dec aut. i. alia vetat fieri pacta p̄ter legē: q̄n ḡ ita est: qz lex hñra nobis dicit alij legi: debemus nos iuvare p̄ legē aliā. ¶ Deinde. cū dicit.

CEt si ambigua ferat r respiciat ad vtrāqz partem: aut iustum adaptabit: vel conferens: deinde hac vti.

Cponit scdas rōnē siue scdas cautela: qz si lex sit ambigua: vt qz nō totalr d̄terminat negociū nruz: vt qz forte dimittit vltatē sub p̄dulo: relinq̄ndo eā iudicio prudētis: oz vt cāns. i. vt litigās ferat: r respiciat vtrāqz p̄tē: r tūc adaptabit legē hñ se: aut ad iustū: aut ad p̄ferēs: qz hñ duo vtrp̄qz sibi repugnā: deinde aut cū sic adaptaverit eā: dz vti hac. i. hac lege sic adaptata: vt spectet ad p̄positū. ¶ Deid. rē.

CEt si negocia quidē: in qbus: r p̄pter q̄ posita fuerat lex: non adhuc manēt: lex autē tentādū declarare: r aduersari sic ad ipsam.

Cdocet tertiam cautela: siue tertiam viā ad subterfugiēdū legē: qz dēmus videre si negocia: i. qbus: r p̄p̄ q̄ lex fuerat posita nō adhuc maneat: qz hñ lex nō manebit: iō tēradū ē hñ declarare: r aduersari sic ad ipsaz legē: dicēdo legē nō hñre vlgōrē: qz nō manent ea p̄ qd̄ facta erat: r sublatum ē ei propriū fundamentum. ¶ Deinde cum dicit.

Rhetori.

C Si vero lex scripta sit p negotio: sic snia op-
tima dicendum est: q̄ p̄ter leges legis gratia
iudicare est. Sed non: vt si ignores: quia dicit
lex: ne degeneres.

C Docet nos qualiter debeamus nos habere: cum lex scri-
pta facit p negotio nro. Et quinqz facit fz q̄ quinqz rōnes
adducit: per quas debemus confutare aduersarium r̄ oñ
dere ei: q̄ legi scripte sit imandū. Secda ibi. (Et q̄ non
id). Tertia ibi. (Et q̄ nihil). Quarta ibi. (Et q̄ alius).
Quinta ibi. (Et q̄ querere). Dicit ḡmo: q̄ si lex scripta
sit p negotio nostro: dicēdū est: q̄ lex est optima snia: r̄ q̄
non est. i. non conuenit iudicare gratia eius: qd̄ est p̄ter le-
gem. i. nō litigamus vt destinamus legē: sed totū reliquū
litigū est: si ignores: qz hoc dicit lex: r̄ hoc ne degeneres. i.
ne demessa lege: ideo cū puentū est quid lex sanciat de li-
tigio: studendū est in ea tanq̄ in optima. (Deinde cū. d.

C Et q̄ non id: quod ē simpliciter bonū eligit
nullus: sed id: quod sibi.

C Ponit sc̄dam rōnem: qz nullus eligit id: qd̄ est bonū sim-
pliciter: sed id: quod est bonum sibi. vnde in. s. etbi. dicitur
q̄ qz hoies nesciunt orare: optant enī sibi sine conditione
bona fortunę: qd̄ non deberent facere: sed deberent orare
q̄ bona fortunę: que sunt bona in se. sicut bona ipsa. Et qz
ius nāle videtur respicere bonum absolute. Ius aut̄ possi-
tuum bonū huius vel illius: ideo videt̄ iuri positio potis-
sime inherendum esse. (Notandū aut̄ hanc rationē esse
rhetoricam: r̄ non de necessitate concludere: qz lz aliquid
possit esse bonum in se: quod non est bonū huic: nunq̄m
est: q̄ ius ē positiuuz vigorem habens: quod non inuitatur
iuri naturali. (Deinde cum dicit.

C Et q̄ nihil differt: aut nō poni: aut nō vti.

C Ponit tertiam rationem: qz nihil differt legem nō poni:
r̄ lege non vti. Et qz pessimum est non constituere leges:
pessimum est deuiare ab eis. (Deinde cum dicit.

C Et q̄ in alijs artibus nō magis ponderis est
sophisticari penes medicum. Non. n. tantum
nocet̄ medici: q̄m̄ p̄suasere nō obedir̄ p̄cipi.

C Ponit quartam rationem dicens: q̄ debemus arbitra-
ri in legibus: q̄ videmus in alijs artibus: imo magis:
qz nō maioris p̄deris: imo minoris ē sophisticari penes
medicū q̄ circa principem. sō subdit: q̄ non tñ nocet̄ pec-
catum medici q̄ p̄suasere non obedire p̄ncipicū semp̄
infirmus debeat obseruare mandata medici: semper de-
bemus obedire regi. (Deinde cum dicit.

C Et qd̄ querere est legibus sapientis. hoc est
qd̄ in laudatis legibus vocatur. Et de legibus
ita sit determinatum.

C Ponit quintam rōnem: quare semper debemus obedi-
re legi: qz qui legi non obedit vult esse sapientior lege: r̄ q̄
rere legibus esse sapientius: vtatur in legibus laudatis r̄
approbatis. (Ultimo epiloga: q̄ de legibus ita deter-
minatum sit.



Estes autem sunt duplices. Nā q̄
dem antiqui: bi autēz recētes. Et
horū bi quidem participantes pe-
riculo: bi autem extra.

C In parte ista determinat de testibus.
Et duo facit: quia primo diuidit testes r̄
declarat membra diuisionis. Secundo monstrat quali-
ter debeamus nos regere in causa: cum non habemus tes-
tes: r̄ qualiter cum habemus. Secda ibi. (Allegationes

Liber

aūt r̄.) **C** Circa primū duo facit: qz primo distinguit tria
genera testium. Secdo determinat de vnoquoqz illorum.
Secunda ibi. (Dico aut̄ antiquos). Dicit ergo q̄ de testi-
bus volentes tractare dicamus q̄ testes sunt duplices: bi
quidem antiqui. bi aut̄ recētes: r̄ horū. s. recētiuz bi qd̄
sunt p̄cipātes piculo. bi aut̄ extra periculū. (Deiñ. c. d.

C Dico autem antiquos: r̄ poetas: r̄ quorum
cunqz aliorum notorum sunt iudicata manife-
sta: velut Athenienses Homero teste vsi fue-
rūt. De Salemene r̄ Tenedij tunc temporis
Periandro: Corintheo assiciti: r̄ Cleofrō
aduersus Tricicum Solonis elegijs vsus
fuit dicens: qz dudum impudica domus non
ē vtiqz vsus: fecisset Solō dicere mihi: s̄ Cir-
cea Ruffe crinibus patrem audire. De factis
quidem igitur tales testes.

C Determinat de vnoquoqz genere testium. Et tria facit. fz
q̄ tria genera distinguit testium: qz primo determinat de te-
stibus antiqz. Secdo de testibus recētibz exātibz extra
piculum. Tertio de testibus piculo participātibz. Secda
ibi. (Recētes aut̄). Tertia ibi. (Et participantes pericu-
lo). **C** Circa primū duo facit: qz primo determinat de te-
stibus antiqz s̄m q̄ eos adducimus ad p̄firmandū p̄e-
terita. Secdo p̄t̄ eoz testimonio vt̄mur ad cognoscēdūz
futura. Secda ibi. (De futuris aut̄ vaticinantes). Dicit er-
go q̄ ipse vocat testes antiquos poetas: r̄ eos q̄ sunt de nu-
mero alioz notoz quorumcūqz inducta vel iudicia sunt
manifesta: qz qñ aliquis dicit aliquid: si adducit testimo-
niū alicuius poetę vel alicuius phī antiqui els magis cre-
ditur. Ponit aut̄ multa exempla: qz Athenienses vsi fue-
runt Homero quasi teste: r̄ illi de Salemene. i. de illa ci-
uitate: r̄ Tenedij. i. illi ciues tunc temporis vt̄bantur p̄
teste Periandro: r̄ Assiciti Corintheo: quia illi ciues Cori-
theum habebant pro teste. Cleofron. n. ille ciuis: vel ille
homo aduersus crimē vsus fuit elegijs solonis. i. maledi-
ctionis illius poetę dicens: q̄ dudum ipudica domus: vel
incesta domus: vt̄ hz alia littera. Volebat. n. ostendere Cleo-
fron p̄ dicta Solonis: q̄ domus Circei erat incesta r̄ ipu-
dica: nō addebat nūq̄ vtiqz fecisset Solō dicere mihi: qd̄
dixit a te. i. p̄tra te: sed Circea ruffe crinibus patrē audire:
est. n. ibi Circea casus accuat̄: s̄ q̄ multa noia: qz dicit̄
mus aerez vel aera iuxta illud. Pes aquilę p̄do testudinis
aera scidit. Et potissime h̄ h̄nt p̄p̄ta noia grecoz: qz dicit̄
mus Thesēū vel thesea: iuxta illud Ouidij. Thesēa deuo-
ni: qz te dimittere nollet. sic ēt dicim⁹ Circeū vel circea in
maledictōe. q̄ circei dicit̄ fuit audire p̄rem: qz domus sua
deuauerat a p̄ntis: r̄ a bonis legibz. Qu aut̄ ibi addit ruffe
crinibz erat forte p̄nomē Circei: vel ad l̄ram forte habebat
ruffos cries r̄ flauū caput: vt̄ alia l̄ra v̄ sonare. Subdit at̄
q̄ll̄ epiloga: q̄ de factis tales sūt testes antiqz. (Deiñ.

C De futuris aut̄ vaticinātes velut Themisto-
cles: qz naue oppugnandū lignēū sic parietē.

C Ostendit q̄les sunt de futuris. Et duo facit: qz p̄ ostendit q̄o
hoies sūt tales testes. 2^o q̄o puerbia. 2^o ibi. (Adhuc r̄ p̄
uerbia). (Propter p̄m notādū: q̄ potissime at̄ignus vige-
bat mod⁹ vaticinatiois: qz astronomia tūc t̄p̄is: s̄m quas
alq̄ se intromittūt ad indicādū de futuris: potissime vige-
bat: r̄ maxime vigebat nicromātia: s̄z quā h̄ p̄siliū dēmo-
niūz tāto magis: vt̄ in p̄sibus s̄m veritatē futura p̄dicere
sciunt: quanto magis habent astroz notitiam: r̄ experien-
tiam humanoz actuum. Inde aut̄ fuit: q̄ aliqui cōposue-
rūt sua vaticinia: vt̄ q̄ Troia deberet capi naue: vel q̄ ali-
q̄o murus

q̄ murus ligneus troianus: vel alicuius alterius ciuitatis capiendę a grecis debere nauē oppugnari: & h̄s vaticinia ad confirmandum aliquid de futuris adducebant in testimonium: ideo atq̄ testes de futuris sunt vaticinantes velut Zhemistocles dicit nauē esse oppugnandum ligneum parietē: vel fm̄ q̄ h̄s alia littera: vane siue frustra: q̄ & bonam finem habere potest: q̄ forte fuit vaticinium illius poete: q̄ nunq̄ ille murus ligneus oppugnari poterat. **C** Deinde cū dicit.

C Adhuc & prouerbia sicut dictum est testimonia sunt: velut si quis consulat non facere amicum senem: hoc testat prouerbiuz nunq̄ bene operari senem: & filios perimere: quoz & patres: puer ē q̄ patrē occidit: pueros derelinqt.

C Ostendit q̄ prouerbia: sicut dicitur est: sunt testimonia futurorū. Nam in tractatu de deliberatiuo negotio dicitur fuit quō prouerbia accepta erant ad ostendendū aliquid esse conferens & bonum: & prosequendum: & exemplificat aliqd̄ de prouerbys dicens: vt si quis consulat non facere amicum senem: q̄ hoc testatur prouerbiū: quod dicit nunq̄ senes bene operari. Ratio autē huius potest esse: q̄ senes non sunt credituri: quia vident memoria: neq̄ sunt amatiui: q̄ in eis superabundat melancolia: vel aliquis humor frigidus. Adducit autē aliud prouerbiū: q̄ homo o3 perimere filios: quoz occiderit patres: & hoc testat prouerbiū: q̄ dicit: puer est. i. stultus est: q̄ patrem occidit: & pueros. i. filios dereliquit: q̄ filij cum crescunt occidunt occisorem parentum. **C** Deinde cum dicit.

C Recentes autē quicumq̄ noti & iudicauerunt aliquid: vtilia. n. hoz iudicia bis: q̄ de eis de3 litigant: vt Ebolus in pretorijs vtebatur aduersus Careram illo: quod Plato dixit ad Archinū: q̄ cōcesserat in ciuitate p̄fiteri neq̄ esse.

C Determinat de recentibus testibus existentibus extra periculum. h̄mōi autē sunt viri famosi contemporanei litigantibus: quorum dicta adducuntur in testimonia. i. exemplificat de Platone: qui fuit contemporaneus Aristoteli: hoc est ergo q̄ ait: q̄ recentes testes sunt quicumq̄ noti & famosi iudicauerint de aliquo: q̄ vtilia sunt hoz iudicia bis: qui litigant de eisdem: vt puta: si ambo litigantes conuidentur aliquid esse factum. Dubitant autē an illud sit iustum: valet ad pbandum hoc testimonium alicuius viri famosi: ideo ait: q̄ Ebolus in pretorijs. i. in curia iudicis aduersum Careram vtebatur illo: q̄ Plato dixit ad Archinū: q̄ concesserat in ciuitate confiteri esse neq̄. nā in ciuitate vbi est tanta sufficientia non debemus p̄mittere esse ibi aliquid neq̄. Et si aliquis p̄mitteret: debemus dicere q̄ ip̄s: quod dixit Plato q̄ Archinū. **C** Deinde. c. d.

C Et participantes periculo vtriq̄ videbuntur mentiri. Tales quidem igitur talium solorum testes sunt: factum est: aut non. De ipso autē quale non testes: puta si iustum: aut iniustum: aut conferens: aut non conferens. remoti autē de bis minime credibiles. Maxime autē credibiles antiqui incorruptibiles enim.

C Determinat de testibus recentibus: qui sunt existentes in periculo. & huiusmodi sunt testes: qui trahunt ad cām participātes & testificantes factus. Dicit ergo q̄ participātes periculo videbuntur mentiri: iudicat. n. de aliq̄ p̄tula n̄ facto: quod est amare & odire: manifestat h̄mōi sunt

tales testes dicens: q̄ h̄mōi testes sunt soloz tallum: siue solū tallū: puta si est factū aut nō factū: nō sunt autē testes de ipso facto quale sit. puta si sit iustum: aut iniustum: aut conferens aut nō p̄ferens. In hoc autē distinguuntur isti tales ab antiquis & recentibus non participantibus periculo: q̄ dicta illoz adducuntur ad ostendendum quid iustum & qd non iustum: hoz autē solū ad ostendendū quid factū: & qd non factum: ideo tales testes si sunt remoti: sunt minime credibiles: q̄ ignorant factū: maxime autē sunt credibiles si sunt antiqui & senes: q̄ sunt incorruptibiles. non. n. p̄nt ita corūpi pecūia vt iuuenes: Possimus autē dicere si volumus: q̄ h̄s cōparat testes antiquos: & testes recentes: q̄ testimoniuū antiquoz: qui nos p̄cesserunt & non viuūt est magis firmum: q̄ non habent corruptum appetitum ad aliquem litigantium: vel ad aliqua bona tpalia que inde possint lucrari. propter quod contingat eos dare corruptū iudiciū. **C** Deinde cū dicit.

C Allegationes circa testes non habenti q̄ de3 q̄ ex signis op̄s iudicare. Et hoc est idē: q̄ sententia optima: & q̄ non est falli signa in argento: & q̄ non allegant falsis testimonijs signa.

C Instruit nos qualiter nos debemus h̄re circa p̄suasiones testium. Et duo facit: q̄ primo instruit nos qualiter nos debemus habere: cū non habemus testes: & aduersarius h̄s. Sc̄do quat̄ cū h̄emus testes & aduersarius nō h̄s. Sc̄da ibi. (D̄nti autē ad nō h̄ntē). Dicit q̄ p̄rio: q̄ nō h̄nti testes incūbit facere allegationes circa testes dicēdo: q̄ ad negotiū nō debēt adhiberi testes: sed ex signis euidentibus: vel pbabilibus op̄s quodlibet negotium iudicare: vñ o3 dicere: q̄ iudicare p̄ h̄s signa est optima finis: & iudex maxime o3 hoc facere: & q̄ per huiusmodi signa non est. i. non conuenit falli: sicut homo fallit in argento: quod cōuenit de testibus: & sicut aliqui est malum argentum: q̄ videt bonus: ita est malus homo: qui videt bonus: ideo o3 dicere: q̄ signa: per que o3 iudicari negotium non allegantur falsis testimonijs: sed debent esse allegata ipsi facto: vel ipsi negotio. **C** Deinde cum dicit.

C Habenti autē ad non habentem eadem non pbatiua signa. Et q̄ nihil vtriq̄ opus eēt testib⁹ si ex verbis sufficiens esset considerare.

C Instruit nos q̄r debeam⁹ nos h̄re: cū h̄emus testes & aduersarius nō h̄s. Et tria facit: q̄ p̄ ponit h̄c p̄siderationē. 2^o ostendit ad quor & ad q̄ debem⁹ adhibere testes: & q̄ nunq̄ testes deficiūt ab oi vtilitate. 3^o excusat se: q̄ talia determinare de testib⁹ n̄ spectat ad p̄ntē tractatū. Sc̄da ibi. (D̄nt autē testimonia). Tertia ibi. (Alia autē de teste). Dicit q̄ h̄nti testes incūbit dicere ad nō h̄ntē: q̄ nō o3 p̄cedere p̄ pbatiua signa: & dat cāz: q̄ nihil eēt op̄ testib⁹: si ex vrbis sufficeret: siue sufficiens eēt p̄siderare negotiū disceptarium: q̄ falsus est: ideo testes sunt valde necessary: & per eos est incedendum. **C** Deinde cum dicit.

C Sunt autē testimonia: hec quidez de ipso: hec autem de actore. Et hoc quidez de re: hoc autē de more. Quare manifestū: q̄ nunq̄ est deficere testimonio vtili. Si. n. de re: aut ipsi cōsono: aut actori p̄trario. Sed de more ipsius ep̄tcheiam: aut actoris in p̄auitatem.

C Ostendit ad que debemus adhibere testes: quando sumus ad aliquid viles. dicit ergo: q̄ testimonia sunt adhibēda ad quatuor: q̄ hec testimonia sunt de ipso accusato: h̄ autē de accusatore: vt si aliquis accusaret aliquem de homicidij

Rhetori.

dio: quod principaliter potest reddi testimonium. Primo de ipsa re: ut quod homicidium sit factum: vel non. Secundo potest reddi testimonium de ipso accusato: ut quod forte non fuit in villa: quando fuit perpetratum homicidium. Tertio pro ipso accusante: ut quod accusatus fuerit culpabilis in negotio. Quarto de ipso more: Nam si ostenditur accusantem esse boni moris: in aliis est argumentum: quod debeat credi in isto casu. Similiter autem de accusato dicendum est. Subdit autem: quod nunquam deficit conducere testimonio utiliter: quod si non habemus testimonium de re: poterimus uti testimonio consono ipsi: aut contrario actoris. id est aduersario: sed et de more adhibemus testimonium in epicheiam ipsius. id est in laudem et virtutem eius: et in prauiam actoris. id est aduersarii. **¶** Deinde dicitur.

¶ Alia autem de teste: aut amico: aut inimico: aut medio: aut approbante: aut detestante: aut medio: et quaecumque alietales differentie ex eisdem locis ordinem: ex quibus quidem: et entimemata dicimus.

¶ Exspectat se in determinando alia de testibus: et hoc dicitur in secundo cum tractabitur de entimematibus. Dicit ergo quod alia dicere de testibus: ut quod talis sit amicus vel inimicus: aut medius: aut testis: si non est amicus: est tamen approbans. id est beniuolus: aut detestans: aut medius. Et quaecumque tales differentie hic sunt dimittende: et dicendum est de eis ex eisdem locis ex quibus: et ex quibus entimemata dicimus: quod erit in secundo.



Pactis autem tractatus orationis usus est utrumque augere aut diuidere: aut credibilia facere: aut incredibilia. Si quidem ipsi conueniant fidelia et firma in actore autem contrarium.

¶ In parte ista determinat de pactis. Et tria facit: primo narrat quae sunt determinanda de pactis. Secundo ostendit quod aliqua illorum determinare non spectat. Secunda ibi. (Ad astruendum quidem igitur). Tertia ibi. (Locus fessio autem). Dicit ergo primo: quod determinare de pactis tantus est orationis usus. id est in tantum spectat ad rhetorem et ad oratorem: in quantum de scire augere pacta: aut diminueret: aut facere ea credibilia: aut incredibilia: quod si conueniant ipsi: de ostendere: quod pacta sunt fidelia et firma. Si autem hoc pacta sint in actore. id est pro actore et pro aduersario: est ostendendum trium: ut quod sunt debilia et incredibilia. **¶** Deinde cum dicitur.

¶ Ad astruendum quidem igitur fidelia: aut infidelia nihil differt a negotio: quod circa testes. Quales quidem. n. utriusque fuerint inscripti: aut seruantes his pacta fidelia sunt.

¶ Ostendit quod astruere. id est ostendere pacta esse fidelia vel infidelia non spectat ad presentem tractatum: et hoc determinare nihil differt a negotio circa testes: nam quales fuerint testes inscripti: et seruantes pacta: talia sunt pacta. unde de his testibus existimantibus fidelibus pacta sunt fidelia: augere quod et diminueret facta spectat ad istum tractatum: ostendere autem ea esse: siue non esse spectat ad negotium circa testes. **¶** Deinde dicitur.

¶ Confessio autem est pacto conueniente quidem existente augendum: pactum. n. lex est propria et propria parte. Et pacta quidem non faciunt legem firmam: leges autem ea: que sunt propria lege pacta. Et totaliter ipsa lex pactum quoddam est. Quare quod infidelle facit: et punit pactum: leges destruit.

¶ Exequitur de intento. Et duo facit: primo exequitur cum pacta sunt conuenientia ipsi. Secundo cum sunt tria. Secunda

Liber

ibi. (Si autem trium sit). **¶** Circa primum duo facit secundum quod duplur ostendit factum pactum esse obseruandum. Nam utrum sit factum vel non: dictum est. quod spectat ad negotium circa testes. Secunda ibi. (Adhuc autem aguntur). Dicit ergo: quod confesso esse pacto conueniente quidem existere augendum. et si fuerit conueniens: debemus ipsius augere et firmare. Dicit autem confesso: quod secundum presentem capitulum: ut factum est pactum supple fore: et si negaret ipsum pactum ad hoc perbandum valet negotium circa testes: ideo autem ad roborem pactum: quod pactum est lex propria et propria partem. id est particularis: et pacta non faciunt firmam legem: sed leges pacta: et pacta sunt propria leges: immo totaliter ipsa lex est quoddam pactum: ideo qui facit pactum infidelle et perimit ipsum: destruit leges: et quia inconueniens est destruere leges: pacta sunt obseruanda. **¶** Deinde cum dicitur.

¶ Adhuc autem aguntur reliqua commutationum et voluntaria sunt pacta: quod irritis factis punitur quod adiuuante oportunitas hominum: alia autem quaecumque congruunt: leuiter videre est.

¶ Ponit secundam rationem ad hoc dicens: quod reliqua commutationum aguntur et sunt voluntaria sunt pacta: quare irritis factis pactis perimitur oportunitas: que est hominum: neque inuicem: unde nec essent commutationes: neque mercationes: neque homines possent conuiuere: nisi essent pacta. ergo irritantes pacta sequuntur ista inconuenientia: leuiter est videre quod cumque alia inconuenientia eis congruit. **¶** Deinde cum dicitur.

¶ Si autem contrarium sit et cum actoribus: primum quidem quaecumque utriusque aliquis ad legem contrariam opponet hec congruunt. Inconueniens enim si legibus quidem: si non recte sint posite: sed fallant institute non putamus oportere obedire pactis: aut necessarium.

¶ Docet nos quomodo possumus irritare pacta: quod sunt tria nos. Et duo facit: primo facit quod dictum adducendo quasdam rationes magis rationes. Secundo facit hoc considerando spaliter pacta: sed quod aliquid contrarietatem continent. Secunda ibi. (Adhuc autem). **¶** Circa primum duo facit secundum quod duas rationes adducit. Secunda ibi. (Deinde quod iusti). Dicit ergo: si pactum sit trium nobis: et sit cum actoribus. id est cum aduersariis. Primum quidem quaecumque opponet aliquis ad legem contrariam. id est contra legem: quod contraria nobis: omnia hec congruunt. id est congruenter opponuntur tria pacta nobis tria: et dat eam dicitur: quod inconueniens est: si non putamus: quod oporteat nos obedire legibus: si non sunt recte posite: sed si sint aliter institute: quod fallant. id est deficient in aliquo casu: et tamen necessarium sit obedire pactis: cum lex sit plusquam pactum. **¶** Deinde cum dicitur.

¶ Deinde quod iusti breuiator est iudex: igitur hic considerandum: sed ut iustus est: iustum quidem non est transuerrere: neque fallacia: neque coactione. Naturatum enim est: pacta autem sunt a seductis et coactis.

¶ Ponit secundam rationem dicens: quod iudex est abbreviator iusti. id est elucidator: ut hoc alia ratio igitur pactum est considerandum: sed ut iustus: ita quod si non sit iustus non est tenendum. unde alia ratio hoc negatiue: quod pactum non est considerandum: sed iustus: id est subdit: quod iustus non puenit transuerrere: quod neque fallacia: neque coactio ipsum mutare de: vel transuerrere. Est. n. iniustus quod nam et propria pacta autem sunt a seductis: et a coactis: quod aliquid alias coactus vel seductus pepigit aliquid: non ergo sunt obseruanda semper: quod aliquid contradicunt iustitiae: cui coactio et fallacia nihil preiudicat. **¶** Deinde cum dicitur.

¶ Ad hec

CAd hec autem si contrariū alicui: aut scripta-
rum legum: aut cōiūm: et iustis: aut bonis.

CSpecialiter docet irritare pacta s̄m q̄ bz contrarietate
ad alia. Et tria facit: q̄ primo docet hoc s̄m q̄ pacta con-
trariantur legibus. Sc̄do put̄ d̄riatur alijs pactis. Tertio
put̄ p̄triant̄ iudicibus. Sc̄da ibi. (Adhuc aut̄ si alijs.)
Tertia ibi. (Adhuc aut̄ conferens.) Dicit ḡ: q̄ ad hec. i. p̄
ter hec: que d̄cta sunt ad irritandum pactum: videndum
est: q̄d sit d̄rium alicui legi de numero legum scriptarum: aut
de numero legum cōiūm: et maxime cum contrariā-
tur legibus iustis et bonis: quia tunc potissime ipsum irri-
tare poterimus. **C**Deinde cum dicit.

CEt adhuc si alijs pactis posteriorib⁹: aut po-
rioribus: aut. n. posteriora firma et irrita: aut prio-
ra: aut priora recta: posteriora autēz sefellerūt
quodcunq; fuerit vtile.

CPonit sc̄dam viā ad hoc: q̄ debemus videre si pacta de
quibus ē litigiū d̄riatur alijs pactis posterioribus: aut po-
rioribus: q̄ si d̄riant̄ posterioribus: dicendū ē: q̄ posteriora
sunt firma: priora sūt irrita: q̄ posteriora pactū irritat p̄us.
Si aut̄ d̄riantur prioribus: ita q̄ priora pacta sint p̄ nobis
posteriora contra nos. dicitur. n. q̄ priora sunt recta: poste-
riora aut̄ sefellerunt: q̄ fuerunt cōposita p̄ deceptionem:
ideo non irritant prima: sed prima tenēda. Debemus er-
go adducere hoc ad propositū nostrū: et quodcunq; aliud
fuerit vtile: est et̄ adducendū. **C**Deinde cū dicit.

CAdhuc aut̄ ē cōferens prospicere: si aliquate-
nus contrariatur iudicibus: et quecūq; alia ta-
lia: etenim hec facile cōsiderabilia similiter.

CAdducit tertiam viam dicens: q̄ est cōferens. i. vtile ad
ppositum nostrum p̄spicere et̄ videre diligenter: si pactus
contra nos aliquatenus contrariat̄ iudicibus: q̄ si hoc po-
test in ius ostendere: de leui iudices ipsum irritabunt: et q̄
cunq; talia vtilia negotio nostro sunt consideranda: q̄ he-
c que sunt ad irritandū pacta: sunt simili modo de facili cō-
siderabilia: sicut p̄firmat̄ina de leui contingebat conside-
rare. **C**Deinde cum dicit.

CExtorta aut̄ testimonia quedā sunt: habere
aut̄ videntur persuasionem: et necessitas q̄dā
adest. Non difficile autēz: neq; de his videre
contingentia dicere.

CDeterminat de extortis: siue de tormentis. Et duo facit:
q̄ primo facit q̄d d̄cū est. Sc̄do exequitur. Sc̄da ibi. (Ex-
gibus si existat.) Dicit ergo: q̄ quedā sunt testimonia ex-
torta: q̄ quidam attestātur et̄ confitent̄ aliqua rōne tormē-
torū. i. propter tormenta. Addit aut̄ quare talia persuadēt
nam habere videntur persuasionem: q̄ in tormentis ad-
est quedam necessitas. Nā qui vex dicit non laborat: qui
cunq; aut̄ falsificat: p̄babile est q̄ oporteat ip̄m vacare: et
per spacium aliquod considerare qualiter mendacia s̄m-
gat. Et q̄ hoies in tormentis talibus intendere non va-
lēt: est aliqualē argumentum: q̄ vera dicant. Subdit aut̄
q̄ nō ē difficile de his dicere p̄gruētia. **C**Deinde cū dicit.

CEx quibus siue existant: p̄uenientia nobis au-
gere est. Quod vero sola testimoniorum sunt.

CExequitur. et duo facit: q̄ primo docet nos talia testimo-
nia confirmare: cum sunt p̄ nobis. Sc̄do docet ea irritare
cum sunt contra nos. Sc̄da ibi. (Siue subd̄ria sint.) Di-
cit ḡ primo: q̄ si extorta testimonia sint ea: ex quibus. i. de
numero quorum existunt: conuenientia nobis est. i. cōtin-
git ea augere et̄ confirmare s̄m hunc modū: q̄ sola talia

de numero testimoniorum sunt et videntur esse vera. Ra-
tio autem huius assignata fuit supra: quia nō vacat eis tē-
pus ad fingendum mendacia. **C**Deinde cū dicit.

CSiue subcontraria sint: et cū actore dissoluet
vtiq; quis vera dicēs de toto genere extortorū.
Nihil. n. minus coacti falsa dicent q̄ vera.

COstendit quomodo possumus talia irritare: cui sunt cō-
tra nos. Et tria facit s̄m q̄ tripliciter hoc docet. Secūda
ibi. (Et pertinaces non dicere.) Tertia ibi. (Oportet aut̄
habere adducere.) **C**Prima ratio ē talis. Ad omne ge-
nus tormentorum: et ad omnes qui tormentantur ideo ait:
q̄ si huiusmodi testimonia sunt subcōtraria. i. aliquo mo-
do contraria nobis: et sunt cum actore. i. cum aduersario
aliquis dissoluet ea: et irritabit ea vera dicēs de tota gene-
re tormentorum. Poterit enim veram sententiam proferi
re circa omnia tormenta: quia in talibus cōtingit falsa di-
cere: sicut et vera. ideo subdit: q̄ coacti non minus dicant
falsa q̄ vera. Nam homines in tormento positi siue fore
fecerant: siue non: aliqui dicūt se fore fecisse. **C**Deiñ. c. d.

CEt pertinaces non dicere vera. Et facile mē-
tientes tanq; requisituri celerius.

CPonit secundam viam: vel secundam rationem: que su-
mitur s̄m diuersa genera hominum: quia aliqui sunt perti-
naces: vnde si contingat tales fore fecisse: non vera dicūt:
quia dicunt se nō fore fecisse: vnde homines moles dicūt
se fore fecisse: quando non fore fecerunt. Sunt enim tales
facile mentientes tanq; requisituri celerius. Videtur enī
eis: q̄ per decapitationem habeant requiem a tormentis.

CNotandum autem: q̄ homines tormentati aut sunt
nostri amici vel inimici: si fuerint inimici: cōtra nos est: si
dixerint se non fore fecisse. ideo debemus dicere eos esse
pertinaces et non vera dicere. Si vero fuerint amici: tunc
est contra nos: si dixerint se fore fecisse: ideo cum sic res se
habet: dicendum eos esse facile mentientes: quia sperant
habere requiem post tormenta. **C**Deinde cum dicit.

COportet autem habere adducere ad talia scripta
exempla: que sciunt iudicantes.

CAdducit tertiam viam ad ostendendum talia esse irrita
per exempla dicens: q̄ oportet habere exempla scripta: q̄
sciunt iudicantes: quia debemus adducere ad talia con-
firmandū: ostendendo quō multi p̄p̄ tormēta mentiti sunt.

Iuramentis autem quadrupli-
citer est diuidere: aut. n. dant et re-
cipiunt: aut neutrum: aut hoc qui
dē: hoc aut non: et horum aut dāt
nō recipiunt aut: aut recipiunt qui
dem: non dant autem.

CIn pte ista determinat de iuramentis. Et duo facit: q̄ p̄
p̄mittit intentionē suā. Sc̄do exequitur. Sc̄da ibi. (Nō dāt q̄
dē igit.) **C**Circa p̄m duo facit: q̄ p̄mittit intentionē suā
s̄m q̄ iuramētū nōdū ē sc̄m. Sc̄do put̄ iuramētū ē sc̄m.
Sc̄da ibi. (Adhuc aut̄ p̄ter hec.) Dicit ḡ: q̄ de iuramētis
p̄uenit diuidere q̄drupl̄r opus: q̄ aut dant et recipiunt: aut
h̄ adē: h̄ aut nō: q̄ vnū volunt: aliud nolūt: q̄dā pōt esse:
q̄ aut volūt dare iuramētū et nō recipere ip̄m: aut ec̄ouer
s̄m subdit: q̄ horū aut̄ aut dant et non recipiunt: aut reci-
piunt et non dant. **C**Deinde cum dicit.

CAdhuc p̄ter hec: si iuramētum factus fuit:
et hoc aut ab ipso: aut ab alio.

CDat intentionem suam: q̄ iuramentum iā factum ē: di-
cens: q̄ adhuc p̄ter ista videntur esse: qualiter aliquo de

Rhetori.

beat se habere quando iuramentum fuit factum: et B vel ab ipso: vel ab alio: cum quo litigat. **C** Deinde cum dicit. **N**ō dant quidez igitur: qz facile degenerant: et qz hoc quidem coniurauerit non dat: eos autem qui non iurauerunt estimat se p̄demnaturum: et quō istud periculū malus: qd̄ inter iudices: bis quidē. n. creditur: huic autē non.

C Exequitur de intento. Et duo facit s̄m q̄ circa duo suas intentionē p̄missit. Nā primo ostēdit q̄liter debeamus nos habere: cū iuramentum nondū factum sit. Secundo docet hoc: quando iam factum est iuramentum. Secunda ibi. (Si autem sit factum.) **C** Circa primum duo facit: quia primo ostendit qualiter sit incedendum ante q̄ factum sit iuramentum secundum q̄ comparatur ad alias partes soluz. Secundo docet nos combinare que simpliter proposuerat. Secūda ibi. (Quoniam autem per singula.) **C** Iuramentū autem ad quamlibet partes potest comparari dupliciter. Et qz partes litigantes sunt duo: iō quadrupliciter potest sumi. dupliciter per comparationē ad vnam partem: v̄puta si nos volumus recipere: vel nō recipere iuramentum: et dupliciter per comparationē ad aduersarios: v̄puta si volumus eis dare iuramentum vel nō dare. **C** Uez qz duo istoz sunt negatiua: vt non recipere vel nō dare: et duo affirmatiua: vt recipere vel dare: iō duo facit: qz p̄mo dat artē suā circa negatiua. Secūdo circa affirmatiua. Secūda ibi. (Si autem recipit.) **C** Circa p̄mū duo facit s̄m q̄ duo sunt negatiua: qz p̄mo docet nos q̄liter debeamus nos h̄re: cuz nostra damus. Sc̄do qualr cū nos recipimus. Sc̄da ibi. (Nō recipit autē.) In assignādo autē cās: quare nō damus iuramenta: siue quare non volumus partem aduersaz iurare: tangit quatuor ex quibus possunt formari quatuor rōnes. Nā primo v̄dm est h̄i iuramenta non danda esse aduersarijs: qz hoies facile degerant. i. de facile falsa iurant. Sc̄do aggeneratur nobis p̄iudiciū: cum non possumus: cum voluerimus suscipere iuramentū: ideo subdit: q̄ bic. i. aduersarius cuz iurauerit: non dat postea iuramentum alteri parti. ideo dātes iuramentum non sunt equalis libertatis post et ante. Tertio iuramentum non est dandum: qz iudex vel aduersarius estimat se p̄demnaturum eos: qui non iurauerunt: propter quod dando iuramentum facimus aduersarios creditibiles: nos autē incredibiles. Quarto cū iuramentū dare nō volumus: ne iudex habeat nos suspectos: debemus dicere: quō istud est magnum periculū: qd̄ possit esse inter iudices quando credūt bis: qui iurant: cuz contingat multos falsa iurare. **C** Deinde cum dicit.

C Non recipit autē: qz pro pecunijs iuramentūz.

Et qz si esset prauus deieraret vtiqz. **A**belius .n. gratia alicuius prauus esse q̄ nullius. Qui eniz iurauerit habebit: q̄ autē nō iurauerit. non sic p̄pter virtutē vtiqz erit: sed p̄ piurū q̄ nō.

C Ostendit qualiter debemus nos habere: cum non volumus iuramentū recipere. Et duo facit: qz primo facit qd̄ dictum est. Sc̄do adducit exemplum zenophanis: qd̄ valet ad p̄positum. Secūda ibi. (Et id qd̄ zenophanis.) Tangit autē duas cās: s̄z quas nos possumus excusare a iuramento non recipiendo ipm. Primo si illud: p̄ quo iuratur: sit pecunia: qz non videtur p̄ueniens: q̄ admittatur iuramentum: per quod potest trahi viciū: seu malū intrinsecum anime p̄pter pecuniam: que est p̄pter bonū extrinsecum. Quantū ergo ad istā cām dicit: nō recipit autē qd̄ p̄ pecunijs est iuramentū. Sc̄dam autē cāz tangit cū subdit.

Liber

Et qz si esset. Nam hō non d̄z iurare: ne habeatur prauus et infamis: ideo alr: q̄ non est iurandum: qz si iurans esset prauus deieraret vtiqz. **P**ōt hęc littera legi: q̄ sit remotio dubij sic: q̄ non est dubitandum non iuramentum non esse bonū: qz si malus eēt nō solum esset prauus ad iurandum quocūqz mō: sed et deieraret: et maxie vbi videret sibi vtilitātē et lucrū: imo subdit: q̄ melius est. i. vtilius eē prauū peierare gr̄a alicuius q̄ nullius. Et qz iurauerit: habebit illā vtilitātē et lucrū: et qui non iurauerit: nō hēbit: ideo nō iurans v̄ virtuosus esse: ideo subdit sic p̄ virtutē erit. i. sic dicēdo apparebit iurare rōne virtutis: et apparebit q̄ non sit p̄ periurium. **C** Deinde cū dicit.

C Et id quod Zenophani congruit: q̄ nō equa puocatio: hoc in impio ad piū: sed simul: ac si fortis debiles p̄cutere: aut plagare puocet.

C Ostendit quō possumus nos excusare a iuramento: et quō congruit negotio nostro: **E**xēplū zenophanis: qui dicebat: q̄ est puocatio: que est impy ad piū: et filis: ac si fortis puocet p̄cutere: ac plagare debiles. Nā sunt proni ad iurandum: py autem nō: et merito ergo excusantur py: si non iurant: sicut excusarentur debiles: si non pugnarent contra fortes. **C** Deinde cū dicit.

C Si autē recipit: qz credit illi: ipsi autē non.

C Dat artem suam de iuramento sciēdo vt respicit affirmationem. Et duo facit s̄m q̄ affirmatio potest duplr sumi in recipiēdo et dando. Primo ḡ ostendit qualiter debeamus nos h̄re cū iuramentū recipimus. Sc̄do q̄liter cuz damus. Sc̄da ibi. (Si autē dat.) **C** Circa p̄mū duo facit: qz p̄mo facit qd̄ dcm̄ est. Sc̄do ostendit: si puertat dcm̄ zenophanis valebit ad p̄positū. Sc̄da ibi. (Et id ad qd̄ zenophanis.) Dicit ḡ q̄ si recipit iuramentū: d̄z dicere: q̄ credit ipsi: illi autē nō. i. vt alia lra exponit: q̄ in seipso ē reclus et fidelis: sed apud istū nō est talis. Nā quilibz recipiens iuramentū d̄z assignare hanc cām: qz qd̄ credit et ē certus ipsi. i. apud seipsum: et non illi: ideo vult iurare: vt habeatur ab illo reclus et verus. **C** Deinde cum dicit.

C Et id quod Zenophanis transuertentē dicendum sit equale esse: siquidez impius det: pius autem iuret: durumqz non velle ipsum: pro quibus illos vult: cū iurauerit iudicare.

C Ostendit dcm̄ zenophanis alio mō acceptū q̄ supius vale re ad p̄positū dicēs: q̄ recipiēt iuramentū opz esse trāsuertētē: siue variātē dcm̄ zenophanis. q. d. q̄ recipiēs iuramentū d̄z recipere et iurare ipsi: v̄ d̄z dicere. Vel dcm̄ ē a recipiētē iuramentū sic eē egle. i. sic eē iustū et p̄grum: si ipius det iuramentū et plus iuret. Nā vt p̄ dcm̄ Zenocratis impij sunt p̄nt ad peierādū nō pyiō dignū vt pius iuret: qz non peierabit: iō subdit: q̄ durz ē ipsi impiū nō velle ea: p̄ q̄ vult iudicare cū iurauerit impij. q. d. q̄ d̄z velle pius iurare: et si ipy iurarent: eēt iudicādū de piurio. **C** Deinde. c. d.

C Si autem dat iuramentum: qz pius est vel le deos attestari puocatores p̄esse. Et nihil oportet ipsuz alijs iudicibus indigere. ipse .n. dat iudiciū. Et qz inconueniens non velle iuramentū fieri: de quibus dignificat iurare.

C Ostendit qualiter debeamus nos habere cum iuramentum damus. Et tangit tres cautelas. Prima cautela est: q̄ ideo iuramentū dat: qz pius est velle attestari deos p̄esse. Nā recipiens iuramentū puocat deos cōtra se: si male iuratur. Debemus ergo dare iuramentū: vt habeamus deos p̄ nobis contra aduersarios. Sc̄da cautela est: qz d̄z dicere dans

re dano iuramentū: q̄ sua cā est adeo iusta: q̄ ita nō op̄z in digere alijs iudicibus: sed ipsi aduersarijs dat iudicium volens: q̄ iurent: vt dicant veritatez in p̄dicta cā. Tertia cautela est: q̄ d̄z dicere: q̄ inconueniens est non velle fieri iuramentū. p̄ his: de quibus dignificat alios iurare. Nā si ipse nollet recipere iuramentū: apparet forte: q̄ vellet pervertere veritatem: sed q̄ vult dare: congruum est: q̄ iuramentum fiat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aut̄ per singula quomodo dicens palam: puta si ipse quidem vult recipere dare aut̄ non. Et si dat quidē: recipere autem et dare velit. s. iuramentū: siue neutrum. Ex dictis necesse ē cōponi. Quare et q̄ oratiōes necesse componi ex dictis.

¶ Docet combinare que superius simpliciter proposuerat. Docuerat enim nos quomodo debemus nos habere cum iuramentum damus: et quomodo cū recipimus: et quō cum non damus: vel nō recipimus. Et q̄ in vna cā plura talia contingunt: vt q̄ non solum volumus dare iuramentū: sed dare et recipere: vel dare et nō recipere: ideo vt hoc nos doceat ait. Quod si palam: i. manifestus est quō dicendū sit per singula: palam est quō dicendum est combinantē: puta qui vult recipere et non dare: vel dare et non recipere: vel recipere et dare: vel vult neutrum neq̄ accipere: neq̄ dare. Et q̄ oīa ista necesse est componi ex dictis simpliciter: cum dicta simpliciter superius sint tacta: tacta sunt etiam ista. s̄ cōcludit: q̄ orationes compositas necesse est componi ex dictis. i. ex his: que diximus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si autem sit factum ab ipso contrarium: q̄ non periurium.

¶ Docet nos qualiter debeamus nos habere quā iuramentum est factum. Et duo facit: q̄ primo docet nos qualiter debeamus nos habere: cum iuramentū est factū a nobis. Sc̄do qualiter cū est factum ab aduersario. Sc̄da ibi. (Si aut̄ ab aduersario). Prima pars diuidit̄ in duas: q̄ primo p̄mittit intentionem suam dicens. Sc̄do dat cām dicti. Sc̄da ibi. (Voluntariū. n.) Dicit ergo: q̄ si iuramentū sit factum ab ipso et inueniatur contrarium: d̄z dicere: q̄ nō fuit ibi periurium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Voluntariū iniustū facere est. Deierare aut̄ iniustum facere est. Que autem violentia et fallacia inuoluntaria.

¶ Manifestat quod dixerat. Et duo facit s̄z q̄ dupliciter manifestat illud. Sc̄da ibi. (Nec etiam aduiciendus). Dicit ergo: q̄ iniusta facere est voluntarium. cū ergo deierare sit iniustum facere quantumcumq̄ quis falsum iuret: si hoc non facit voluntarie non deierat: q̄ non facit iniustum: si ea que sunt violentia et fallacia nō sunt voluntaria: ideo debet dicere: q̄ licet sit contrarium inuentum eius: quod iurauit: non tamē deierauit: q̄ hoc fecit coactus vel deceptus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hic etiam aduiciendus: q̄ deierare est q̄ mētes: sed non q̄ ore.


¶ Dat secundum modum quō possumus nos excusare a periurio: si inueniatur contrarium eius: quod iurauimus: q̄ deierare est mente non ore. Debemus ergo dicere: q̄ iuramento facto non fuit contradictio mentis: q̄ sic credēbamus vt dicebamus: licet aliter esset q̄ diceremus. Potest autem hęc pars referri ad dictum equiuocum: vt quādo dictum nostrum potest multipliciter intelligi: si inueniatur falsum in vno sensu: debemus dicere nos intellexisse

aliū sensum: propter quod non deierauimus: quia nō fecimus contra mentem. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si autem ab aduersario sit iuratum: q̄ omnia destruit: qui non imanet his: que iurauit: propter hoc. n. et legibus vtuntur: qui iurare. Et nos quidem dignificamus imanere qui buscumq̄ iuramentis. Ipsi autem nō imanebimus: et quecumq̄ alia augmentans vtq̄ aliq̄s dicit. De artificialibus quidem igitur passionibus dicta sint tanta.

¶ Docet nos qualiter sit incedendum: cum inuenitur contrarium eius: quod aduersarius iurauit. Unde ait: q̄ si ab aduersario sit factum iuramentum: et vult ire contra iuramentum suum: debemus dicere: q̄ omnia destruit: q̄ non imanet his que iurauit: propter hoc et legibus vtuntur: qui iurauerint. Qui ergo facit contra iuramentū destruit leges et tollit politicā. Et debemus addere: q̄ nōs dignificamus: et volumus imanere quibuscumq̄ iuramentis alijs: sed ipsi aduersarij: q̄ cōmittit tantum scelus: et nō manet in iuramento suo: non imanebimus ei: nec obseruabimus ei pactum. Debemus ergo dicere hoc ad propositum n̄m et etiam quecumq̄ alia: que aliquis dicit augmentans negotium. Nam leue est cogitare ea: per que possumus manifestare iniustitiam aduersarij: si nō imanet iuramento. ¶ Ultimo epilogat: q̄ de artificialibus persuasiōibus dicta sint tanta. ¶ Explicit liber primus.

Rhetorices Aristotelis cum Egidij romani expositione liber secundus.



Nequibus quidem igitur op̄z et exhortari et dehortari: et vitupare et laudare: et accusare et defendere: et quales sumere propositiones viles ad horum persuasiōes hec sunt. De his: et ex his entib̄

memata dicuntur: vtputa vnumquodq̄ ē dicere propter genus sermonum.

¶ Quā vt sup̄ dicebat: persuasio h̄z fieri trip̄s. Pr̄o ex parte orōnis. Sc̄do ex parte dicentis. Tertio ex parte auditoris. finitō p̄ libro: in quo determinat̄ de persuasiōib̄: ex parte orōnis s̄m vniūq̄q̄ genus sermonū: hic incipit sc̄ds liber: in quo determinat̄ de persuasiōibus: vt h̄nt fieri ex parte dicentis: et ex parte auditoris. Et duo facit p̄s. n̄az in p̄o parte resumit breuiter: q̄ determinata sunt in p̄o lib. q̄tū ad persuasiōes artificiales ex parte orōnis. In sc̄da v̄o inuestigat̄ q̄ sunt determinanda in h̄o sc̄do q̄tū ad persuasiōes ex parte dicentis: et ex parte auditoris. Sc̄da ibi. (Quā aut̄ gra). Dicit q̄: q̄ v̄cū ē in p̄o libro ex q̄b̄ oz exhortari et dehortari quantum ad negotiū deliberatiuū: et vitupare et laudare q̄tū ad exclamatiuū: et accusare et defendere q̄tū ad disceptatiuū. Uex q̄ non in disceptatiōe ē aliq̄s accensans: q̄ oppōit: et aliq̄s defendēs: q̄ oppōit et oppōit: s̄o addit: q̄ quales s̄nt s̄m et oppōnes: vt h̄z alia littera q̄tū est ex parte accusantis: et propositiōes

Rhetori.

quantum est ex parte defendentis utiles ad persuasiones eorum: que dicuntur in disceptatione: he sunt: que dicte sunt in primo: vel aliter quales sunt in se quatuor ad rationes et propositiones quatuor ad premissas utiles ad horum persuasiones he sunt: que dicte sunt in primo libro: vel per similes possumus intelligere ingredientia principia enthymemata sunt virtute: per propositiones vero ea: que ingrediuntur sunt substantia. Prima tamen expositio magis valet: quia magis concordat alii littere. Adde autem quod de his et ex his: que dicta sunt in primo libro: dicuntur esse enthymemata circa unum quodque vel est dicere. id est. ut convenit dicere propter genus sermonum. id est. propter orationem: quia in primo libro: ut dictum est: determinatum est de persuasionibus ex parte orationis. Dicit autem circa unum quodque de persuasionibus eorum determinabiliter etiam in hoc secundo: ut in primo libro dictum fuit. Item dicit quod de his. id est. de sententiis quatuor ad accusantem: et ex his. id est. ex propositionibus quatuor ad defendentem enthymemata dicuntur esse: quia ad enthymemata disceptativa concurrunt dicta accusantis et defendentis: vel hic dictum est: quod propositiones et conclusiones requiruntur ad enthymemata sunt secunda: et etiam ingredientia sunt virtute ad enthymemata concurrunt. Deinde. c. d.

Quoniam autem gratia iudicij est rhetorica: et enim consilia iudicant: et dicta iudicij est: rhetorica etenim consilia necesse non solum ad orationem videre qualiter demonstrativa est: et credibilis: sed et ipsius quale quedam et iudicem facere.

Ostendit persuasiones sumptas ex parte auditoris: et ex parte dicentis pertinere ad negotium rhetoricum. Et duo facit quia primo facit quod dictum est. Secundo exequitur de huiusmodi persuasionibus. Secunda pars ibi. (Eius quidem igitur). Prima pars dividit in duas: quia primo ostendit tales persuasiones pertinere ad rhetorem. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda pars ibi. (Multum enim differt). Dicit ergo quoniam rhetorica est gratia iudicij. nam propter hoc sumus rhetores ut argueremus fidem in alio. Nam et consilia iudicant quatuor ad deliberatum: et dicta. id est. in iudicis in disceptationis negotio iudicij est: quasi diceret: quod in disceptationis negotio et in deliberationis valet iudicij: quia hoc est: non solum oportet videre qualiter oratio sit demonstrativa et credibilis ad orationem. id est. quantum ad persuasiones sumptas ex parte orationis: sed et ipsi dicentem oppositum se ostendere qualem quendam: et et iudicem oportet facere qualem: cum per hoc variatur iudicia. Deinde cum dicit.

Aultum enim ad fidem maxime quidem in consilijs. Deinde autem et litigij quale quedam apparet dicentem: et existimare ad ipsos: existimare se habere qualiter ipsius. Ad hoc autem si et ipsi dispositi aliquo modo existant.

Ostendit quod ex eo: quod auditor efficaciter qualis: et dicentem ostendit se qualem variat iudicium auditoris: et fit in audire alia et alia fides: propter quod talia pertinent ad rhetorem cuius est persuadere. Duo ergo facit: quia primo ostendit talia variare iudicium. Secundo ex determinatis concludit quale iudicium variat qualitas dicentis: et quale qualitas auditoris. Secunda ibi. (Apparere quidem igitur). Dicit ergo: quod apparere dicentem: qualem quendam: ut quod ostendat se amicum vel prudentem: vel bonum multum differt ad fidem: et maxime in consilijs: deinde in litigij: quia plus credimus propter qualitate dicentis in consilijs quam disceptatione: id est. addit: quod auditores et eos quibus datur consilium existimare dicentem se habere ad ipsos qualiter ipsum. id est. sicut se habet ad ipsum potissime variat fidem. Nam tunc potissime creditur nobis: cum damus consilium: quoniam conformamus nos eis: quibus persuasimus: et

Liber

ostendimus nos esse tales: quales ipsi. Ad intellectum autem textus notandum: quod in textu dicitur esse semel existimare: et notabis: ut contra haberetur: quod patet ex alia littera: que habet quod multam variat fidem arbitrari ad ipsos habere qualiter ipsum: et sicut qualitas dicentis variat iudicium: ita etiam hoc variat qualitas auditoris: ideo ait: quod ad hec. id est. propter hec que dicta sunt variat: supple iudicium: si etiam ipsi auditores aliquo modo dispositi existant. Deinde cum dicit.

Apparere quidem igitur qualem quendam dicentem utilius ad consilia est. Dispositi autem est aliquo modo auditorem ad litigia.

Concludit ex dictis quale: sive quod iudicium variat qualitas auditoris: et quod qualitas dicentis. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. (Non enim eadem). Dicit ergo: quod apparere dicentem qualem quendam. id est. qualitas dicentis est utilis ad consilia. Dispositi autem aliquo modo auditorem est utilis ad litigia. Deinde.

Non enim eadem videntur amantibus et odientibus: neque iratis se habentibus: sed aut omnino altera: aut sunt magnitudinem altera.

Manifestat que dixerat. Ad cuius evidentiam notandum: quod qualitate dicentis potissime valere ad consilia ostendit per iam dicta. Nam propter qualitate dicentis auditor existimat dicentem sic se habere ad eum: ut se habet ad ipsum: propter quod credit ipsum amicum suum: quod maxime facit credere persentem: ideo dicit: non oportet ulterius ostendere. solum ergo ostendit quomodo qualitas audientis variat iudicium in litigij: dicens: quod non eadem videntur diversissime de passionibus: ut amantibus: et odientibus: et iratis: et mansuetis se habentibus. Sed aut videntur talibus omnia altera et diversa: aut sunt magnitudinem altera: quia propter passionem aliquo modo datur iudicium omnino contrarium: ut quod amans dicit iustum: odians dicit iniustum: aliquo modo datur huiusmodi contrarietas quantum ad magnitudinem et paritatem: ut quod amans dicit iniustum parvum: odians dicit iniustum multum. Deinde cum dicit.

Amanti quidem enim eum: de quo facit iudicium: aut non iuste fecisse: aut sunt parva videtur iniustum fecisse: odienti autem contrarium: et concupiscenti quidem: et confidenti: si scit quod futurum delectabile esse et forte ei bonum fore videtur: despecto autem et aspernanti contrarium.

Exponit quod dixerat: quod amanti eum bonum: de quo facit iudicium: aut non vult ei illum bonum fecisse iniustum in aliquo: aut sunt parva fecisse iniustum: odienti autem videtur contrarium: et concupiscenti: et confidenti: si scit quod futurum est delectabile: et forte perssequendum: et forte bonum ei vult. Despecto autem. id est. despicienti et aspernanti contrarium. Deinde cum dicit.

Eius quidem igitur: quod est esse ipsos dicentes credibiles tres sunt cause. Tot enim: propter que credimus: ostensionibus.

Determinat de huiusmodi persuasionibus sumptis ex qualitate dicentis. Secundo de his: que sumuntur ex qualitate auditoris. Secunda ibi. (Sunt autem passionibus). Circa primum duo facit: quia primo dicit esse tres causas ex parte dicentis: quare eis credimus. Secundo enumerat huiusmodi causas. Secunda ibi. (Sunt autem hoc). Dicit ergo: quod tres sunt cause eius: quod id est. propter quod est. id est. contingit ipsos dicentes esse credibiles: quia exceptis ostensionibus. id est. exceptis persuasionibus ex parte orationis: que proprie dicuntur ostensionibus: quia sunt per enthymemata tot sunt: propter que credimus dicentibus tot id est. quia tria. Deinde cum dicit.

Sunt autem

Sunt autem hec prudentia: et virtus: et benivolentia.

Enumerat illa tria: et duo facit: quia primo enumerat ea. secundo assignat causam dicti. Secunda ibi. (Mentiuntur enim.) Dicit ergo: quod ea: propter que credimus dicentibus sunt hec prudentia: namque contingit aliquem mentiri propter impudentiam vel propter ignorantiam: quia nescit veritatem: et virtus et bonitas: quia multi mentiuntur propter malitiam et benivolentiam. nam multi dantes consilium alijs mentiuntur: quia eos odiunt. **D**einde cum dicit.

Mentiuntur enim de his: que dicunt et consulantur: aut propter omnia hec: aut propter horum aliquid: aut enim propter impudentiam non recte hoc sentiunt: aut sentientes recte propter nequitiam non que sentiunt dicunt: aut prudentes quidem: et epichei sunt: sed non benivolis: propter quod contingit non optima consilium re hoc cognoscentes.

Manifestat quod dixerat: et tria facit: quia primo facit quod dictum est. secundo ostendit quod non est dare aliam causam a causis predictis. Tertio docet nos quomodo poterimus ostendere nos tales esse. Secunda ibi. (Et preter hec nihil.) Tertia ibi. (Unde quidem igitur.) Dicit ergo primo: quod propter ea: que dicta sunt credimus dicentibus. nam homines mentiuntur de his: que discunt et consulantur: aut propter hec omnia que dicta sunt: ut quia neque prudentes: neque virtuosos: neque benivolos sunt: aut propter aliquid bonum. nam aut propter impudentiam non recte sentiunt: quia nesciunt veritatem: aut sentientes recte propter nequitiam non discunt que sentiunt: vel que sciunt: aut si sunt prudentes scientes vera: et epichei: sive virtuosos: non sunt benivolos: contra eos non consulunt optima: licet cognoscant: que optima sunt. **D**ubitarit forte aliquis de dictis philosophi: quia cum boni homines sit optima consilium: si ea cognoscat videtur falsus esse quod ait: quod conuenit aliquos esse prudentes et epichei: non tamen optima consilium: quia non sunt benivolos. **A**d quod dicendum quod loquitur de bonitate politica: secundum quam videtur boni moris esse amicis bene facere et inimicis male. **S**ed ulterius forte quis dubitaret: quia ut scribitur quarto ethicorum: mendacium per se est prauum et fugiendum. ergo non spectat ad bonum bonitate politica non semper consulere optima. **A**d quod dicitur potest licet omne mendacium sit fugiendum: non tamen semper omnis veritas est dicenda. **P**ossumus autem non consulere optima et tacere veritatem abique eo quod mentiamur. **D**einde cum dicit.

Et preter hec nihil. necesse ergo eum: qui estimatur omnia bene esse audientibus credibile.

Ostendit non esse aliam causam a predictis: ideo ait quod preter hec vel extra hec: ut habet aliam causam nihil. id est nulla alia causa est: propter quam credamus dicentibus. **N**ecesse est ergo quod estimatur omnia habere: que dicta sunt esse: credibile audientibus. **D**einde cum dicit.

Ande quidem igitur prudentes et studiosi apparebunt utique ex his: que circa virtutes dicta sunt sumendum. **E**x eisdem enim aliquis: et alterum utique: et seipsum astruet talem. **B**enivolentia autem et amicitia in his: que circa passiones nunc dicendum.

Docet nos quomodo possumus nos ostendere esse prudentes studiosos et benivolos. ideo ait: quod vnde apparebunt prudentes et studiosi: sumendum est ex his: que sunt dicta diuissim et singillatim ostensa circa virtutes: quasi dicat: quod ex his que

dicta sunt in tractatu de negotio exclamatio possumus talia ostendere: et subdit rationem: quia ex eis deus aliquis astruet vel ostendet alteri: et ipsum tales. **C**um ergo per negotium exclamatiuum possumus ostendere aliquos esse prudentes: et virtuosos: per hoc negotium possumus hoc ostendere de nobis ipsis: quomodo autem possumus ostendere nos esse benivolos infra dicit: ideo ait: quod de benivolentia et amicitia dicendum est nunc in his: que sunt circa passiones: propter quod complete habemus artem ad ostendendum nos esse credibiles: quia per exclamatiuum negotium possumus nos ostendere esse virtuosos per ea: que dicentur circa passiones poterimus nos ostendere esse benivolos.

Intelligentiam autem dicendum: quattuor sunt declaranda. nam ut habeamus noticiam tractatus sequentis: ubi de passionibus agitur. primo videndum est quid sit passio. Secundo declarandum est numerus passionum. Tertio declarandum est ordo ipsarum. Quarto autem videndum quomodo opponantur passiones adinuicem. **P**ropter primum notandum: quod passiones de quibus intendimus loqui ut in subiecto: sunt in potentibus animis: et quia subiectum pertinet ad quidditatem accidentis: si volumus scire quid sint hec passiones: oportet nos scire in quibus potentibus esse habent. **P**otentibus autem tripliciter distinguuntur quedam sequuntur animam vegetabilem: quedam animam sensibilem: quedam vero rationabilem. **A**nima vegetabile sequuntur potentiam naturales. animam sensibilem sequuntur potentiam sensibiles organo alligatae. rationabilem vero sequuntur potentiam non alligatae organo. **V**erum quia vegetatiuum est in sensitiuum: et sensitiuum in intellectu: officium trigonum in tetragono: et in pentagono tetragonum: sic omnes anguli trigoni reseruantur in tetragono: et adhuc plures: et omnes anguli tetragoni reseruantur in pentagono: et adhuc plures: sic omnes potentie animalium vegetatiue reseruantur in anima sensitiua: et adhuc plures: et quicquid potest anima sensitiua potest intellectiva: et adhuc amplius. **P**ropter quod licet nos non habeamus tres animas: tamen quia huiusmodi anima est intellectiva: in qua virtualiter continentur vegetatiuum et sensitiuum: omnia genera potentiarum nunc assignata est inuenire in nobis. **S**i ergo passiones de quibus loqui intendimus: sunt in potentibus animalium: vel sunt in potentibus naturalibus: vel in potentibus sensitiuis: vel in rationalibus in animalibus non sunt: quia potentie naturales: secundum quod huiusmodi videtur esse actiue non passiuue. nam augmentatiuum et generatiuum et cetera talia ad animam vegetabilem pertinentia in actione sonant: nec sunt etiam tales passiones in potentibus rationalibus: accipiendo rationale pro omni virtute non organica. **N**am passio: ut hic de ea loquimur: requirit materiam et organum: cui non sunt alligatae rationales potentie. solum ergo habent esse huiusmodi passiones in potentibus sensitiuis. **P**otentiarum autem sensitiuarum: quedam sunt cognitiue: quedam appetitiue. cum ergo in cognoscendo sit motus rerum ad animam: et in appetendo sit motus anime ad res. passio fit quod trahitur passus ad conditiones agentis non erit in potentibus cognitiuis: quia fit cognitione obiecta trahunt ad modum nostrum: quia quicquid cognoscitur: cognoscitur secundum modum cognoscentis: non autem secundum modum rei cognite: ut dicitur Boetius generato de consolatione. **S**olum ergo erit passio in appetitu sensitiuo: ut communitur ponit: quia secundum appetitum trahit ad conditiones obiectorum. nam licet res sint cognite: ut sunt in nobis: appetitum tamen eas: et sunt volite: ut sunt in seipsis: quia bonum et malum secundum quod habet esse appetitus sunt in rebus: ut dicitur septimo metaphysice. **V**isio quid sit sub passionibus: quia appetitum sensitiuum: de leui inotescit nobis quid sit passio. **N**am actio et passio sunt vnus et idem motus: ut dicitur tertio physicorum. **E**st enim eadem res motus et actio et passio. nam illa calefactio et dealbatio: et yniuersalis alteratio est motus quidam **R**eto. **A**risto.

est actio et passio. nam calefacere est mouere: et est agere et calefieri est pati et moueri: et quod idem est calefacere et calefieri: idem est actio et passio et motus: et sicut est in alteratione: ita est in motu locali: et in alijs motibus: put ibi referuatur actio et passio. ¶ Aduertendū tamen: quod licet eadem res sit omnia predicta: non est illa eadem ratione. nam calefactio alia et alia ratione dicitur motus actio et passio. nam motus est ut habet successione velut comparatur ad formam ut calefactio est via in calorem: et quia via recipit spem ex termino ad quem. Ideo motus secundum quod huius non est directe in genere: sed reducit ad genus: in quo est forma: ad quam est motus. ideo dicitur tertio physico: quod motus est in eodem genere cuius rebus: ad quas est motus: propter quod calefactio nec est motus: nec est genus: nec est directe in genere: sed reducit ad genus qualitatis: in quo est calor: qui per calefactionem inducit. Dicit etiam calefactio actio: ut est a calefaciente: et dicitur passio: ut est in calefacto. ideo dicitur in 3^o physico. quod actio et passio sunt sicut via: qua itur a Thebis ad Athenas et ab Athenis ad Thebas. Cum ergo motus non sit in mouente: sed in mobili actio et passio: que sunt vnus motus in patiente erunt: non enim est calefacere in calefaciente: et calefieri in calefacto: sed ambo hec sunt in calefacto: propter quod manifeste apparet quod passio: vel etiam actio: que est idem cum passione: sunt motus ipsius mobilis: in quo mobilis: sicut in subiecto sunt actio et passio. Cum ergo passio: de qua intendimus tractare per in subiecto: sit appetitu sensitiuo: nihil est aliud talis passio quam motus sensitui appetitus. Nam eo quod secundum talem appetitum mouemur ad aliquid: sunt in nobis huiusmodi passiones. Declaratum est igitur quid sit passio: quia est motus appetitus sensitui: quod ostendere volebam.

Secundo declarandus est numerus talium passionum. ¶ Ad cuius evidentiam notandum quod appetitus sensitiuus: in quo sunt passiones sicut in subiecto: diuiditur in irascibile et concupiscibile. Nam licet appetitus intellectiuus sit vna potentia: quia sub vltiori ratione ferit in obiectum suum: quod sequitur cognitionem intellectuam: appetitus tamen sensitiuus non est vna potentia: quod non ita secundum vltimam rationem fertur in obiectum suum: quia sequitur sensum: cuius est cognoscere particulariter: que cognoscit. Nec est propter hoc quod appetitus quilibet fertur in res prout habent esse in seipsis secundum quem modum habent esse particularia. nam etiam in ipsa particularia potest potentia ferri secundum vltioris rationem: et secundum vltimam: sicut videmus sensum commune sub vltiori ratione formam mali comprehendere obiecta sua: quod sensus particularis fertur in particularia obiecta. Si ergo appetitus sensitiuus in quo sunt passiones: non est potentia vna: sed diuiditur in irascibile et concupiscibile. Videndum est quo distinguuntur passiones irascibiles a passionibus concupiscibilibus. ¶ Est autem communis sententia et bona: quod concupiscibilis fertur in obiectum suum sub ratione boni absolute sumpti. Irascibilis vero fertur in suum obiectum non sub ratione boni vel mali absolute sumpti: sed put tali rationi superadditur ratio difficultatis vel ratio ardui. Des igitur passiones ille: que sumuntur respectu boni vel mali absolute sumpti: pertinent ad concupiscibilem. Ille vero que super tales rationem superadduntur rationem ardui vel difficultatis: pertinent ad irascibile. ideo amor: odium desiderium abominatio: delectatio: tristitia sunt passiones concupiscibiles: que respiciunt bonum vel malum absolute. Nam quodlibet bonum potest amari desiderari: et potest efficere delectationem: et quodlibet malum potest odiri et haberi in abominatione et inferre tristitiam. Spes vero desperatio: timor: audacia: ira: et mansuetudo pertinent ad irascibile: quia talia non respiciunt bonum quodlibet: vel quocumque modo sumptum nisi bonum illud habeat rationem ardui et difficultatis. Numerum autem passionum

concupiscibilium quodammodo sic accipiuntur: dicitur enim: quod sicut in rebus naturalibus est tria considerare. scilicet inclinationem ad finem: motum secundum inclinationem illam: et quietem in tali situ: ut in granibus est inclinatio propter formam grauis est motus secundum inclinationem illam: put quietescunt in terra: sicut etiam se habent in huiusmodi passionibus. ¶ Nam passiones concupiscibiles vel sumuntur respectu boni absolute: vel respectu mali. si sumuntur respectu boni hoc est triplex: quod vel sumuntur ut inclinatur in bonum: et sic est amor. unde amor respectu concupiscibilis: sic se habet secundum istos sicut se habet forma grauis respectu grauius: vel forma leuis respectu leuius: quod sicut grauitas per grauitatem inclinatur deorsum: et leuitas per leuitatem appetunt superiorem locum: sic nos per amorem ferimur et inclinamur in rem amaram. ¶ Secundo possunt sumi huiusmodi passiones ut in bonum ferimur: et sic desiderium respectu appetitus sic se habet: sicut motus respectu naturalium. ¶ Tertio huiusmodi passiones summi possunt respectu quietis: et sic est delectatio: que persequitur actionem appetitus: ut quietas in bono. unde delectatio respondet quieti in naturalibus: et sicut triplex accipitur passio concupiscibilis respectu boni: ita triplex accipitur respectu mali. Nam sicut prout inclinamur in bonum: est nobis amor: et prout mouemur in ipsum est desiderium: et prout quietamur in eo est delectatio: sic respectu mali in quantum habemus inclinationem in contrarium est odium: prout vero fugimus ab eo est abominatio: unde abominatio in malo respondet desiderio in bono: sicut odium respondet amori. In quantum vero iam adepti sumus malum: sic est tristitia. unde tristitia respicit adeptum malum: sicut delectatio adeptum bonum. Sunt ergo sex passiones concupiscibiles: tres respectu boni: et tres respectu mali: hinc autem et si potest tollerari: respicit tantum id quod est per accidens. dicitur enim: quod passio est motus appetitus sensitui. secundum ergo quod diuersificantur motus: sic diuersificantur passiones. non ergo debet sumi diuersitas passionum secundum formam: motus: et quietem: ut secundum formam grauis et motus et quietem eius: sed secundum diuersos motus. ¶ Ideo notandum: quod sicut in rebus naturalibus est reperire motum et mutationem: sic et in passionibus anime. nam quedam passiones habent rationem motus: quedam vero rationem mutationis. verum quod ipsa mutatio motus dici potest. ut per philosophum 3^o physico: qui potest motum in quattuor generibus. vbi in subiecta qualitate et quantitate: et vbi: tamen in subiecta non sit motus: quod in ea non est contrarietas. Communiter ergo accipiendo motum omnis passio potest dici quidam motus anime: propter tamen accipiendo motus: quedam passiones habent rationem motus: quedam vero habent rationem mutationis vel mutati esse. Hoc visum de leui potest accipi numerus passionum irascibilis et concupiscibilis. primo tamen assignabimus quis sit numerus passionum concupiscibilis. nam huiusmodi passiones vel sumuntur respectu boni vel respectu mali: si sumuntur respectu boni: vel importat motum vel mutationem. si importat mutationem vel mutatum esse: sic est delectatio. nam delectatio est in fine motus: ut quando iam est mutatum esse: et adepti sumus bonum: in quo delectamur. Si vero huiusmodi passio sumpta respectu boni importat motus: hoc est duplex: quod in bonum dupliciter mouemur. primo per complacentiam in quantum nobis placet bonum ipsum: et huiusmodi motum importat passio: que est amor. Secundo mouemur in bonum in quantum vultus prosequimur: et huiusmodi motum importat passio: que est desiderium: et inde est quod amor precedit desiderium: quia primo nobis placet aliquid bonum: et tunc mouemur in ipsum per amorem: et postea prosequimur bonum placitum: et tunc mouemur in ipsum per desiderium. Et vltimo quando iam adepti sumus ipsum: est ibi quies et mutatum esse: siue est ibi delectatio: propter quod tripliciter sumitur concupiscibilis respectu boni. sic etiam tripliciter sumitur

sumitur respectu mali: vt dicitur mutari esse: sic est tristitia que sumitur respectu mali iam adepti. Si vero passio sumpta respectu mali importat motum: hoc est dupliciter secundum quod dupliciter mouemur respectu mali. Primo per displicentiam et sic est odium. Secundo per fugam fugiendo malum: et sic est abominatio. Ideo odium opponitur amori: et abominatio opponitur desiderio: tristitia: delectationi. Dicit enim tristitia mutari esse respectu mali: sicut delectatio respectu boni. apparet igitur quis sit numerus passionum concupiscibilium. Restat ergo assignare numerum passionum irascibilium: quod antequam fiat ne aliquis dubitet de iam dictis: ostendendum est quomodo delectatio importat mutationem vel mutatum esse. Cum philosophus 7^o ethicorum dicat delectationem non esse motum: neque generationem. Ideo notandum quod delectatio simpliciter quomodo est de se nec est motus: nec mutatio. Imo magis consistit ratio eius in mobilitate quam in motu: vt dicitur 7^o ethicorum. Delectatio tamen que est passio: que solum reperitur in appetitu sensitiuo: dicitur mutationem vel mutatum esse. Imo non habet rationem passionis nisi in quantum est conuicta motui et transmutatio: ideo delectatio prout reperitur in substantiis separatis non est passio: sed est quedam perfectio: et quidam ornatu operacionis non impeditur. Possumus ergo dicere: quod accidit delectationi esse mutationem: quod quibus inferioribus accidit suo superiori: et potissime accidit superiori illud inferioribus: in quo minus referuatur ratio eius: et quia ratio delectationis magis referuatur in delectatione intelligibili quam in delectatione sensibili: secundum quam est passio: et dicitur mutatum esse. Ideo bene dictum est: quod accidit delectationem esse mutationem. Ideo cum mutatio diminuat rationem delectationis: cum immutabilia magis delectentur: iuxta illud philosophi. 12^o metaphysice. qui dicit intelligere primi esse summe voluptuosius. et 7^o ethicorum. ubi dicitur: quod deus semper gaudet vna simplici delectatione: et quod actio eius est delectabilissima. Ideo bene dictum est: quod delectatio secundum quod huius magis est in immobilitate quam in motu. Verum quia nos intendimus de delectatione: vt est passio: ideo separauimus eam ab alijs passionibus sumptis respectu boni: vt ab amore et desiderio: quia ista important mutatum esse. Ille vero motus. Similiter etiam sentientium est de tristitia respectu odij et abominationis. Imo de ipsa tristitia non est dubium: quoniam importet mutatum esse vel mutationem cum magis habeat rationem passionis tristitia quam delectatio eo quod sit magis contra naturam: quia nocentia et contristantia magis important passionem quam alia: vt inuit philosophus quanto metaphysice. His vltis: passiones irascibilis de leui possumus accipere: quia huiusmodi sunt sumunt respectu boni: vel respectu mali. hic erit solum respectu futuri. Nam bonum presens: et maxime bonum nostris proportionatum naturalibus: cum iam est habitum et adeptum vt communiter dicitur: non reputamus ipsum arduum: ideo respectu talis boni non sumuntur passiones irascibilis: secundum quas ferimur in difficile et arduum. sed si huiusmodi bonum sit futurum: sic sumitur duplex passio secundum quod dupliciter ad tale bonum comparatur. Primo vt in ipsum tendimus: et sic est spes: que est de futuro bono. Secundo vt ab ipso deficiamus et sic est desperatio: secundum quam deficiamus a tali bono. Si vero hec passiones sumuntur respectu mali: hoc est dupliciter. quia huiusmodi malum vel est presens: vel futurum. si est futurum: sic sunt due passiones. sed quod ad tale malum dupliciter comparari possumus. Primo vt ipsum aggredimur: et sic est audacia. Secundo vt ab ipso deficiamus: et sic est timor. Si vero malum sit presens: vel sit iam acceptum: sic sunt due passiones: quia vel propter hoc malum mouemur ad consequendum vindictam: et sic est ira: que est appetitus doloris in contrario. Si vero quiescimus a tali motu: sic est misitiditas vel mansuetudo. vnde misitiditas non habet omnem rationem passionis: cum magis dicat quietem a motu quam motum. Potest tamen passio appellari secundum quod negationes

sunt in eodem genere cum affirmationibus: quia negationes non intelliguntur: nec habent quidditatem: secundum quam aliquid color localis in genere nisi per affirmationem: quia secundum philosophum secundo ethicorum semper in non facere intelligitur facere: et omnino in negatione dictio. id est affirmatio. Sunt igitur duodecim passionibus: sex in concupiscibilibus: et sex in irascibilibus: propter quod manifestatur numerus earum: quod volebamus declarare.



Tertio declarandus est ordo dictarum passionum. Ad cuius euidentiam notandum: quod passiones concupiscibilis: nec omnino precedunt passiones irascibilis: nec omnino sequuntur: sed aliquo modo precedunt: aliquo modo sequuntur: quod sic declaratur. Nam passiones concupiscibilis aliquam habent rationem motus: aliquam vero important mutationem vel mutatum esse: vt patet ex habitis. Passiones vero irascibilis non habent rationem mutati esse: sed magis habent rationem motus secundum quod intendimus in aliquid: vel deficiamus ab illo. habet enim ipsum deficere rationem motus. nam desperatio secundum quam deficiamus a bono: et timor secundum quem non aggredimur arduum: important motum animi: et vt hec magis appareant. Aduertendum quod passiones irascibilis: vt tactum est vel sumunt respectu mali: vel respectu boni: vt sumuntur respectu boni: non habent rationem mutati esse: cum tale bonum vt dicebatur: sit solum futurum: propter quod non potest ibi esse quies vel mutatum esse. Si vero hec passiones sumuntur respectu mali: si huiusmodi malum sit futurum: secundum quem modum accipiunt timor et audacia: non potest ibi esse mutatum esse: cum tale malum nondum sit adeptum: sicut non erat mutatum esse in spe: et desperatione: que sumebant respectu boni nondum adepti. Sed si huiusmodi malum sit iam adeptum secundum quod sumuntur ira et mansuetudo. dicere etiam possumus: quod etiam tales passiones non dicunt mutatum esse. Nam et si ira respiciat malum iam adeptum. non tamen sinit in tali malo. sed ex ipso mouetur in appetitum vindictae. Nam status in malo adepti non dicitur ira: sed tristitia: nec mansuetudo imputat propter mutatum esse. Nam mutatum esse est terminus motus. mansuetudo enim secundum quod huiusmodi non dicitur terminus motus: sed magis dicitur cessationem a motu. Nam si aliquis in malo adepti est mansuetus: non est ibi mansuetudo: vt malum est adeptum: sed magis tristitia: sed prout ex malo adepti non mouemur in appetitum vindictae per iram: sic est ibi mansuetudo. Unde mansuetudo propria secundum suas rationem non est motus: nec mutatio: sed cessatio a motu: propter quod nec passio proprie dici potest. Cum ergo mutatum esse sequatur motum: delectatio et tristitia sequuntur omnes alias passiones: cum omnia alia intantum sint passiones: in quantum dicunt motum: propter quod signanter philosophus volens determinare de passionibus in secundo rhetoricorum ait: quod passiones sunt propter quod scilicet aliqui commoti differunt ad iudicia: ad quos sequitur tristitia et delectatio. Delectatio ergo et tristitia: que sunt passiones concupiscibilis: importantes mutatum esse sequuntur passiones irascibilis: sed amor: odium: et desiderium: et abominatio: que important motum: precedunt passiones irascibilis: quod sic declaratur. Nam in motibus ordinatis. sic terminus precedit terminum et motus motum. Cum ergo bonum absolute consideratur: et malum absolute sumptum precedant bonum et malum vt sumuntur sub ratione ardui vel difficilis: passiones concupiscibilis importantes motum: quia sumuntur respectu boni et mali absolute prioribus sunt passionibus irascibilis dicentibus motum per comparationem ad bonum et malum sub ratione difficilis et ardui: propter quod bene dictum erat: quod passiones concupiscibilis: nec omnino precedunt passiones irascibilis: nec omnino sequuntur nam vt est ex habitis manifestum: hec passiones medie sunt inter passiones concupiscibilis importantes motum et passio

nes concupiscibilis importantes mutatu esse. Est autē iste ordo passionū: quia primę passiones sunt amor et odium: post autē has est desideriu et abominatio: quę sunt quattuor passiones concupiscibilis importantes motum: post istas sequuntur passiones irascibilis: et primo spes et desperatio. secundo timor et audacia. tertio ira et mansuetudo. ultimo vero delectatio et tristitia: quę sunt passiones concupiscibilis importantes mutatu esse. Et quia non est dare duo prima eque liter: odium et amor: quę ponuntur primę passiones: non sunt eque prima. nam amor est prius odio: sic etiam in sequentibus se habet. Nam licet assignate sint binę et binę passiones semper tamē altera precedit altera. nam desideriu precedit abominationē: et spes desperationē: et timor audacia: ira mansuetudinē: et delectatio tristitia. Quia autē ordo assignatus sit congruus: sic ostendit. nam amor et odium precedunt omnes passiones: precedunt enim delectationē et tristitia: Quia enim impotent motus: delectatio vero et tristitia dicuntur mutatu esse: et motus sit prior mutatu esse: precedunt etiam omnes passiones irascibilis: quia ut ostensum est passiones concupiscibilis importantes motus precedunt omnes passiones irascibilis. Precedunt etiam predictę passiones desideriu et abominationē. nam ut dicebatur ex hoc est amor in nobis: quia placet nobis aliquid sub ratione boni. Et ex hoc est odium: quia displicet sub ratione mali: desideriu vero et abominatio sunt in nobis inquantu prosequimur bonis: quod placet: et fugimus malū: quod displicet. unde desideriu creatur ex amore: et abominatio ex odio. Sunt ergo oino primę passiones amor et odium. post autē has sunt desideriu et abominatio. nam huiusmodi passiones cum impotent motum: precedunt delectationē et tristitia: quę dicuntur mutatu esse: precedunt etiam omnes passiones irascibilis. Nam ut supra tangebatur: omnes passiones concupiscibilis importantes motu precedunt omnes passiones irascibilis: propter quod clare patet: quod post amorē et odium non sunt passiones adeo primę: ut desideriu et abominatio: post passiones autē concupiscibilis importantes motu immediate sequuntur passiones irascibilis: et primo spes et desperatio. Sunt enim spes et desperatio primę post passiones dictas. nam huiusmodi passiones quę important motu: precedunt delectationē et tristitia. quę dicuntur mutatu esse. Dicit enim spes motu inquantu per ipsam tendimus in desideratu: et desperatio dicitur motu inquantu refugimus ab eo. Non oportet enim ad hoc quod sit motus animi quod sit persecutio. nam amor et odium dicuntur motu animi: licet per tales passiones sit solū placencia et displicencia amari: et eius quod oditur. Persecutionē enim vel fugam talium non dicuntur odium et amor. sed desideriu et abominatio. Precedunt etiam dicte passiones reliquas passiones irascibilis: ut timor et audacia: et iram et mansuetudinē. nam dicte passiones sumuntur respectu boni. hęc autē accipiuntur respectu mali. Et passiones sumptę respectu boni potes sunt passionibus respectu mali: ut in prosequendo patebit. propter quod clare patet spes et desperationē talem habere ordinem quales dicebamus. Timor autē et audacia post has sunt priores. nam huiusmodi passiones precedunt delectationē et tristitia: quia ut ex habitis est manifestu: delectatio et tristitia: quę dicuntur mutatu esse: sequuntur omnes alias passiones. Precedunt etiam timor et audacia iram et mansuetudinē. nam omnes iste quattuor passiones sumuntur respectu mali: aliter tamē et aliter: quia timor et audacia respiciunt malū futurū. ira vero et mansuetudo respiciunt malum: ut est iam adeptu: et prius est aliquid futurū: et postea fit presens et preteritū. ideo timor et audacia precedunt iram et mansuetudinē: ideo si bene consideramus ordinē causalitatis inuenimus timorē et audaciā esse oino medias inter passiones irascibilis. Nam hęc

passiones sunt effectus spei et desperationis: et sunt cause ire et mansuetudinis. nam ex spe aliquis fit audax: et ex desperatione: sive diffidentia superadi efficitur aliquis timidus: propter quod timor et audacia sequuntur spes et desperationē: sicut effectus suas causas: precedunt tamē ira et mansuetudinē: quia ira causat ex audacia. Conueuerunt enim audaces magis irasci: et mansuetudo multoties oritur ex timore. Timidi enim conueuerunt esse mansueti non audentes alijs contradicere. Ira autē et mansuetudo sunt penultimę passiones: quia omnes alias sequuntur: exceptis delectatione et tristitia: ut patet ex habitis. Delectatio autē et tristitia sunt passiones ultimę: qui ut pluries tactu est: dicuntur mutatu esse: et omnes alias passiones sequuntur. Cuiusmodi quę ordinē habent passiones ut accipiuntur binę et binę: restat dicere quomodo passiones sic combinatum sumptę se precedunt: et quę quā precedit: dicebat enim quod amor precedit odium: quod sic declarat. Nam bonum apprehensum est id: quod per se et directe mouet appetitū. Si autē malū alicuius mouet appetitum: hoc est inquantu malū unius reputat sibi bonum. Et quia malū semper mouet appetitum sub ratione boni. amor ergo qui sumitur respectu boni prior est odio qui sumitur respectu mali: imo ex ipso iordinato amore sui sumit originē odium respectu alterius. Et sicut amor est prior odio: sic desideriu est prius abominatione: cuius desideriu sit respectu boni: abominatio vero respectu mali. Spes autē est prior desperatione. nam per spem in bonū tendimus: per desperationē autē fugimus a bono: non ratione qua bonum sed quia reputamus ipsum difficile et arduum: et per consequens apprehendimus ipsum: ut malū nobis: sicut enim in desiderio bonum precedit malum: sic spes est prior desperatione. Timor autē est prior quę audacia nam si tendere in bonū: quod fit per spem: est prius quę fugere ab ipso: quod fit per desperationē per locū ab oppositis fugere a malo: quod fit per timorē: prius est quę aggredi malū: quod fit per audaciā. Ira autē quantu ad genus passionum precedit mansuetudinē: sicut affirmatio negationē: et sicut id quod est per se in genere id: quod est per reductionē: habet tamē aliquē modum prioritatis mansuetudo respectu ire: quia sicut timor precedit audaciā: et sic recessus a malo aggressionem mali: sic mansuetudo: per quā desistimus a vindicta: precedit iram: per quā vindictam aggredimur: tum quia non sic habet rationem passionis mansuetudo ut timor. Secundo quia loqui intendimus de ordine passionū: et secundum viam generationis mansuetudo precedit iram: tamen quia in genere passionū sequitur: eo quod per iram reducitur ad tale genus. ideo posuimus iram mansuetudini: delectatio autem precedit tristitia: quia sumitur respectu boni: tristitia autem respectu mali.



Claro declarandū est: quomodo huiusmodi passiones habent oppositionem adinuicem: in qua declaratione tagemus de effectibus et de speciebus talium passionum secundum quod spectat ad presens negotiū. Notandum ergo quod in passionibus concupiscibilis accipitur oppositio uno modo: in passionibus autē irascibilis accipitur dupliciter. Uideamus enim: quod in passionibus concupiscibilis unū unum opponitur: ut amor odio: desideriu abominationi: et delectatio tristitia: sed in passionibus irascibilis multa opponuntur unū: ut spei opponitur desperatio et timor: et timori audacia et spes. Quia ergo secundum unum genus oppositionis unū unum opponatur: oportet in passionibus irascibilis: ubi multa opponuntur: unū esse multiplicē oppositionē. Quomodo autē sit hoc: sic declarari potest: quia concupiscibile respicit bonum et malum absolute. Quia ergo in bono absolute sumptę sit solū unū: considerare rationē. scilicet bonitatis: et in malo absolute sumptę

te sumpto sit considerare ratione malitiae: non potent sumi
 oppositio in talibus passionibus: nisi vno modo: vt in qua
 tum bonum opponitur malo. Et ideo amor: qui respicit bonum
 opponitur odio: quod respicit malum. Et sic desiderium bonum
 opponitur abominatio: ex parte vero boni tantum prout in ipso
 tendit concupiscibilis: non potest sumi oppositio: cum fe-
 rat in bonum absolute sumptum: et bonum secundum quod bonum est
 solum prosequibile. Sic etiam nec ex parte mali tantum potest su-
 mi oppositio: quia malum absolute sumptum est solum quid
 fugibile: ex parte autem irascibilis non sic se habet. Nam ira-
 scibilis fertur in bonum non absolute: sed sub ratione: qua
 arduum et difficile: sic etiam fertur in malum. Duplex ergo potest
 sumi oppositio: primo ratione boni: secundo ratione ardui: et ideo spes
 opponitur timori: et desperationi: taliter tamen et aliter. Nam
 timori opponitur secundum oppositionem boni et mali: quia spes est
 de futuro bono: timor vero de futuro malo: desperationi
 vero opponitur ratione difficultatis: quia ex hoc aliquis de-
 sperat in quantum non vult prosequi bonum arduum: non ratione
 qua bonum: quia bonum secundum quod huius non est fugibile: sed ratione qua
 arduum et difficile: sicut etiam timor opponitur audacitiae et spei
 aliter et aliter: quia spei opponitur secundum oppositionem boni et ma-
 li vt tactum est: audacitiae autem non opponitur secundum tale oppositio-
 nem: cum tam audacia quam timor aspiciat malum: sed timor re-
 fugit malum arduum: quod audacia aggreditur. ¶ Voluerunt autem
 quidam has oppositiones irascibilis reducere ad oppositio-
 nes motuum et mutationum. Dixerunt enim quod inconcupisci-
 bilis est vnus modus oppositio: quia est ibi sola oppositio
 motuum. In irascibili autem est duplex modus oppositio: quia
 ibi est oppositio motuum et mutationum: sed hoc deficit
 si bene considerant iam dicta. Nam vt ostensum fuit su-
 pra passionum concupiscibilis: quaedam se habet vt motus: quaedam
 vero vt mutationes: sicut vt mutatum esse: passionum
 vero irascibilis oes se habet vt motus secundum quod passiones sunt.
 Nulla vero se habet vt mutatio: vel vt mutatum esse: propter quod
 modus loquendi eorum non est proprius. ¶ Dubitaret autem
 aliquis: quare non sunt plures passionis in irascibili quam in
 concupiscibili: quia in ea sunt plures modi oppositio: et ideo
 quod plurificantur oppositio: plurificantur passionis. ¶ Ad
 quod dici potest: quod vno modo passionis concupiscibilis superat
 passionis irascibilis: alio modo deficiunt ab eis. Nam si
 consideramus passionis vt plurificantur secundum diuersas ac-
 ceptiones boni et mali: sic sunt in duplo plures passionis con-
 cupiscibilis quam irascibilis. Nam passionis concupiscibilis
 diuersificantur secundum triplicem acceptionem mali: vt ex eo quod bo-
 num placet: et tendimus in ipsum: et iam est adeptum: sumitur
 amor desiderium et delectatio. Ex eo vero quod malum displicet
 et fugimus ab eo: et iam est adeptum: sumuntur odium abomi-
 natio et tristitia. Passionis vero irascibilis multiplicat solum
 secundum vnā acceptionem boni: et duplicem acceptionem mali.
 Nam secundum quod bonum tantum placet: non habet rationes ardui. Est enim
 hoc de ratione boni absolute sumpti: quod placebat: cum quodlibet
 bonum secundum quod huius sit tale. Rursus secundum quod bonum est iam ade-
 ptum: et non habet rationem ardui: vt supra dicebatur: solum sic potest re-
 seruari ratio boni ardui secundum quod in bonum tendimus: et vt est
 futurum. Ratio vero mali ardui sumi potest secundum duplicem ac-
 ceptionem eius. Nam vt est malum tantum modo et displicet: non ha-
 bet rationem ardui: cum hoc sit de ratione cuiuslibet mali: sed
 vt est iam futurum: et etiam vt est adeptum potest habere ardui rationes
 nam et si non reputamus magnum bonum adeptum: possumus
 tamen reputare magnum et arduum malum presens. Verum quia bo-
 num et malo vt spectat ad irascibile superaddit arduum ex ta-
 li acceptione potest sumi duplex passio: vna ex ipso bono vel
 malo: alia ex ipso arduo: vt spes sumitur respectu boni: despe-
 ratio respectu ardui: et timor respectu mali: et audacia re-
 spectu ardui: et ira que generatur ex audacia magis videtur

respicere arduum. Mansuetudo vero quod potest procedere ex tri-
 more: potest respicere ipsum malum. Dicamus ergo quod passi-
 ones concupiscibilis multiplicat secundum sex acceptiones: vt
 secundum tres acceptiones boni: et tres mali: tamen quia in talibus
 bonum et malum sumuntur absolute secundum vnā acceptionem oritur
 vna passio tantum: ideo sunt sex passionis secundum sex acceptiones.
 Passionis vero irascibilis oriuntur ex triplici acceptione
 tantum: vt ex vna acceptione boni: et duplici acceptione mali: tamen
 quia ex quilibet acceptione sumuntur duae passionis: et hoc propter rationem
 ardui additam cuiuslibet acceptioni: cum bis tria faciunt sex: tot
 passionis erunt in irascibili: quot in concupiscibili. ¶ Num
 erando mansuetudinem inter alias passionis: quod quomodo esse pos-
 sit superius est expressum: modi tamen oppositio erunt
 plures in irascibili: vt est ex habitis manifestum. ¶ Hoc
 vno notandum: quod licet passionis assignat sint duodecim: quibus
 bet illarum potest habere diuersos effectus: vt gratia: et estasia: et
 talia possunt esse effectus amoris: frigiditas membrorum: et
 rubor faciei potest esse effectus timoris: licet non idem timor
 causet hoc et illud. Nam timor mortis propter sanguinem con-
 currentem ad cor: causat frigiditatem in membris: timor vero
 inglorificationis: quia honor est bonum extrinsecum propter san-
 guinem concurrentem ad exteriora causat ruborem in facie. Vnde
 erubescencia est species timoris: et etiam potest esse effectus
 eius: aliter et aliter sumptis: sic etiam et tristitia habet multas
 species. Assignantur autem ei spes misericordia: nemesis: in-
 uidia: et zelus: que quomodo accipiuntur: quod de omnibus bis infra ha-
 bebimus in prosequendo patebit.



Ante autem passionis propter qual-
 cunque commoti differunt ad iudicia:
 ad quas sequitur tristitia et delecta-
 tio: puta ira: misericordia: timor: et
 quaecunque alia talia: et his contraria.

¶ In parte ista philosophus vult determinare de his: secundum quod que sit p-
 passio ex parte auditoris. huiusmodi autem sunt passionis: quia audi-
 tores aliter et aliter passionati: aliter et aliter iudicant: et sunt
 etiam talia: et atres: fortuna et infortunia: quia secundum hoc efficiuntur
 in nobis aliter et aliter passionis: et secundum ea aliter et aliter iudica-
 mus. Duo ergo facit philosophus: quia primo determinat de passioni-
 bus. Secundo determinat de etatibus fortunis et infortunis.
 Secunda pars ibi. ¶ Modes autem qualis quidam. ¶ Ut autem ha-
 beamus ordinem passionum et modum earum: put de eis in hoc
 secundo determinat philosophus notandum: quod licet sint duodecim passio-
 nes modo: quo dictum est: non tamen de omnibus illis in hoc
 secundo determinat philosophus. Non enim determinat de delectatione:
 quia de ea sufficienter determinatum fuit in primo libro in tra-
 ctatu de accusatione et defensione. Rursum non determi-
 nat de abominatione et desiderio. Nam abominatio oritur ex
 odio: desiderium vero ex amore: qui ergo bene cognoscit ra-
 tionem amoris et odii: de facili inuestigare potest quid sit desi-
 derium et abominatio. Propter quod cum sint sex passionis concu-
 piscibilis: tamen in hoc secundo non determinat nisi de tribus illa-
 rum. Vbi de amore et odio: et tristitia sic: et non determinat de
 omnibus passionibus irascibilis: nam spes referuntur in
 audacia: et desperatio videatur esse in timore: non determi-
 nat de spe et desperatione: sed de alijs passionibus irascibi-
 lis. Vbi de timore et audacia: de ira et mansuetudine. ¶ Hic
 notandum quod licet ira sit fere vltima passio in via cogniti-
 onis et temporis: tamen quia inter ceteras passionis ira videtur
 manifestior: ideo primo determinat de ea quam de alijs passio-
 nibus. Hoc vno dicamus quod philosophus determinat de his pas-
 sionibus: duo facit: quia primo determinat de passionibus sp-
 importantibus motum. Secundo determinat de tristitia vel spe-
 ciebus eius: vt misericordia: et nemesis: et inuidia: et zelus: que

videntur importare mutationem vel mutatum esse: ut patet ex ipsa tristitia: cuius sunt species: que hic importantur. Secunda pars ibi. (Qualia autem sunt miserabilia.) Ordo autem partium patet: quia sicut moueri precedit mutatum esse: sic passiones que sumuntur ex motu sunt priores eis: que sumuntur ex mutato esse. Prima pars diuiditur in duas: quia primo determinat de ipsa passionibus importatibus motu. Secundo determinat de erubescencia. Secunda pars ibi. (Qualia autem erubescunt.) Ordo autem partium patet: quia causa precedit suum effectum: et genus prius est suis speciebus: et etiam illa species: in qua magis referuat genus: et meretur nomen generis: est prior alijs speciebus. Circa primum tria facit: quia primo determinat de ira et mansuetudine ei opposita. Secundo determinat de amore et odio: quod ei opponitur. Tertio determinat de amore et audacia: que habet oppositionem ad ipsas. Secunda pars ibi. (Quos autem amat.) Tertia ibi. (Qualia autem timet.) Ordo autem istarum partium ex hoc sumi potest: nam primo determinat de ira et eius opposito: quia ira inter ceteras passiones videtur manifestior: propter quod si non est prior ordine generationis: videtur tamen prior ordine notitie: qui in doctrina videtur maxime attendendus. Pars autem de amore et odio: que sunt passiones concupiscibilis precedit partem de timore et audacia: que pertinent ad irascibile: que passiones concupiscibilis importantes motum precedunt passiones irascibilis ordine generationis: et etiam ordine doctrine: ubi huiusmodi passiones essent valde manifeste: sicut quod est ira. Prima pars diuiditur in duas: quia primo determinat de ira. Secundo determinat de mitiditate: vel de mansuetudine ei opposita: et patet ordo: quia mansuetudo reducitur ad genus passionum ratione ire: ad quam habet aliquem modum oppositionis: ut patuit. Secunda pars ibi. (Quonia autem irascitur.) Circa primum duo facit: quia primo describit quid est passio. Secundo dat modum iudicandi circa tractatum de passionibus. Secunda pars ibi statim post. (Opus autem diuidere.) Dicit ergo primo: quod passiones sunt ille: propter quas homines commoti differunt ad iudicia: id est differenter iudicant: et ad quas sequitur delectatio et tristitia: quod sicut semper ad motum sequitur aliquod mutatum esse: ita ad omnes passiones: ut est quedam commotio: et quidam motus sequitur delectatio et tristitia: que modo: quo patuit importat esse mutatum: et replicat de huiusmodi passionibus: cum ait: puta ira: misericordia: timor: et quecumque alia et alia: et his contraria supple sunt etiam passiones. Deinde cum dicit.

oportet autem diuidere que circa vniuersales in tria. Dico autem: puta de ira: qualiter dispositi iracundi sunt: et quibus consueuerunt irasci: et in quibus rebus. Si enim vnus quidem aut duo habeamus horum: omnia autem non: impossibile vtiq; erit iram efficere. similiter autem: et in alijs. Sicut igitur et de antepositis tradidimus propositiones: ita et de alijs faciamus: et diuidamus: et dicamus predicto modo.

Dat modum procedendi. Et duo facit: quia primo dat huiusmodi modum. Secundo determinat de passionibus secundum modum preteritum. Secunda ibi. (Si autem ira.) Dicit ergo: quod circa vnum quodque opus diuidere in tria: id est circa vnaquamque passionem sunt tria determinanda. Et exponit se discens. Dico autem: puta de ira determinandum est: qualiter sunt dispositi iracundi: et quibus consueuerunt irasci: et in quibus rebus: et subdit causas: quia si habeamus vnum horum dictorum: aut duo: et non habeamus omnia: impossibile erit efficere iram: id est non poterit esse iram: quod dictum est de ira intelligendum est similiter in alijs passionibus. Addit autem: quod sicut de antepositis: id est de lauda-

bilibus et vitibus tradidimus propositiones: ita et faciemus et de his: id est de passionibus: dicit enim et distinguet siue diuidet propositiones de passionibus predictis modo: quia secundum illa tria: que tetigit. Deinde cum dicit.

Sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem paruersionem eorum: que in ipsum: aut in ipsius aliqua non conuenienter.

Exequitur de passionibus. Et primo de ira: et tria facit: quia primo diffinit iram. Secundo ex diffinitione data elicit quedam que vltiter reperiantur in ira. Tertio determinat circa iram illa tria: que dixerat determinanda esse circa qualibus passionem. Secunda pars ibi. (Quonia autem habet ira.) Tertia ibi. (Quonia autem paruersionis.) Dicit ergo primo: quod ira est appetitus cum tristitia apparentis punitionis: nam ex hoc irascitur: quod appetit quod inimicus suus puniat apparenter: quod si nullus sciret tale punitionem: non satisficeret irato: et quia tale punitionem non habet: ideo tristatur: et ex tali tristitia consurgit ira. Talem autem apparentem punitionem appetit iratus: quia propter apparentem paruersionem eorum: que in ipsius: aut in ea que sunt ipsius: ut in vxore: aut in filios: aut in aliqua non conuenienter: nam homo non solum irascitur: quia manifeste paruersionem ipsius: vel aliquid ipsius: sed etiam assurgit in iram: si modo non conuenienti paruersionem extraneus. Deinde cum dicit.

Quonia autem hec est ira: necesse est: qui irascitur irasci semper singulariter alicui: puta Cleoni: sed non homini: et quia in ipsum: aut aliquid eorum: que ipsius fecit: aut facturum erat.

Ex diffinitione data elicit quedam: que vniuersales sunt in omni ira: et duo facit: quia duo talia assignat. Nam primo ostendit: quod semper ira est respectu singularium. Secundo quod ad omnes iram sequitur delectatio. Secunda ibi. (Et ad omnem.) Dicit ergo: quia ira est habet quod dictum est: ut quia homo irascitur: quia appetit vindictam: eo quod est apparenter paruersionis: cum homo in communi non paruersionem: sed semper aliquam singularium committat iniuriam: necesse est eum quod irascitur: si irasci alicui singularium: puta Cleoni: et non homini: id est irascitur Cleoni: vel alij singulari: qui fecit iniuriam: quia fecit iniuriam: aut facturum erat in ipsum: aut in aliud eorum: que sunt ipsius: id est que pertinent ad ipsum: vel saltem reputat punire. Deinde cum dicit.

Et ad omnem iram sequitur aliqua delectationem a spe puniendi. Delectabile quidem enim extrinsecum ad ipsos ea: que appetuntur. Nullus autem ea que appareret sibi impossibilia appetit: iratus autem appetit sibi impossibilia: propter quod bene dictum est de ira: que multo dulcior est melle distillante: que in pectoribus virosorum crescit.

Ostendit ad omnem iram sequi delectationem. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est: et dat causas dicti. Secundo illi cause addit aliam causam. Secunda ibi. (Asssequitur enim et delectatio.) Dicit ergo: quod ad omnem iram necesse est sequi aliquam delectationem: et ista delectatio consurgit a spe puniendi: delectatur enim iratus: quia sperat adipisci punitionem quam appetit. Delectabile enim est extrinsecum adipisci eam appetit. Cum ergo nullus appetat secundum electionem: ea que sibi apparent impossibilia: cum iratus eligat punitionem: iratus appetit sibi possibilia: ergo extrinsecum se puniturum: et in hoc delectatur. Propter quod bene dictum est: quod dicebat Homerus: quod ira est multo dulcior melle distillante: quia ira crescit in pectoribus virosorum: id est in cordibus virosorum: quia homines iracundi videntur homines cordati: et hec auctorum Asssequitur

tas habita fuit in p̄ lib. capto de delectatione. ¶ Deinde c. d. ¶ Assequitur enim et delectatio quedam: et propter hoc: et propterea quia demoratur in puniendo mente. Que igitur tunc infert fantasia: delectationem facit: sicut que somniorum.

¶ Assignat secundam causam huius dicens: quod quedam delectatio assequitur iram propter hoc: id est propter causam laz dictam: ut propter speciem punitionis: et propterea. id est propter aliam causam: ut quod demoratur siue permanent mente in puniendo. nam iratus apprehendit in mente sua punitionem: et tenendo in mente punitionem: et permanendo in tali cogitatione gaudet: et quilibet delectatur in cogitando que appetit: ideo subdit: quod fantasia tunc. scilicet quia iratus cogitat de punitione: infert delectationem. Nam sicut in somnis delectamur cum concurrunt nobis fantasmata delectabilia sic in vigilando delectamur cum delectabilibus: et his que appetimus cogitamus.



¶ Quoniam autem parvipensio est actus opinionis.

¶ In parte ista philosophus exequitur de ira illa tria: que dixerat determinanda esse de quibuslibet passione. unde tria facit: quod primo ostendit in quibus: et propter que est ira. Secundo manifestat qualiter dispositi: vel qualiter se habentes irascuntur. Tertio declarat quibus irascuntur. Secunda pars ibi. (Manifestum igitur ex his.) Tertia ibi. (Irascunt autem et veridicibus.) ¶ Propter primum notandum: quod ut potest patere ex habitibus apparens parvipensio est causa ire. Volentem ergo determinare in quibus rebus: et propter que habet esse ira: oportet primum determinare de parvipensione. Tria ergo facit philosophus: quod primo diffinit: vel describit parvipensionem. Secundo dividit ipsam assignando eius species. Tertio ex hoc inuestigat causas ire: et in quibus rebus habet esse ira. Secunda pars incipit ibi. (Tres autem sunt species.) Tertia ibi. (Causam autem delectationis.) Circa primum duo facit. quod primo ponit descriptionem parvipensionis. Secundo declarat eam. Secunda ibi statim post. (Circa id quod nullo.) ¶ Dicit ergo primo quod parvipensio est actus opinionis. id est actus extimationis siue reputationis: ut sonat alia littera: quod non est parvipensio nisi circa id: quod extimat et reputatur aliquid. Nam si alicui inferatur nocentium quantum ad illud: quod est nullius ponderis: et nullius reputationis: non dicitur in hoc vilipendi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Circa id: quod nullo dignum videtur. Etenim mala et bona et digna putamus studio esse: et tendentia: quecumque autem nihil: aut modica valde nullo digna existimamus.

